EVSEBI

CHRONICORVM LIBRI DVO.

EDIDIT

ALFRED SCHOENE.

VOL. I.

BEROLINI
APVD WEIDMANNOS
MDCCCLXXV.

EVSEBI

CHRONICORVM

LIBER PRIOR.

EDIDIT

ALFRED SCHOENE.

ARMENIAM VERSIONEM LATINE FACTAM AD LIBROS MANVSCRIPTOS
RECENSVIT
H. PETERMANN.
GRAECA FRAGMENTA
COLLEGIT ET RECOGNOVIT
APPENDICES CHRONOGRAPHICAS SEX
ADIECIT
A. SCHOENE.

BEROLINI
APVD WEIDMANNOS
MDCCCLXXV.

PRAEFATIO

Postquam ante hos novem annos Eusebi operis chronographici partis alterius quaecunque extant collecta edidi, nunc demum, Horatianae legi invitus obsecutus, priorem partem eiusdem operis publici iuris facio.

Nolo nunc cum absolutum tandem opus ex manibus dimitto, conqueri laboris molestias difficultates sacrificia, quae neque pauca neque exigua fuisse facile intellegent quicunque hunc librum aequi iudicii studio ducti examinaverint.

A diuturnâ occupatione multo magis inclinat animus ad gratam eorum virorum recordationem, qui ad opus promovendum et absolvendum vario modo contulerunt, Alfredi de Gutschmid, Pauli de Lagarde, Francisci Ruehl, fratris mei Richardi. Quorum hi prona benevolentia in excerpendis codicibus de quibus suo loco monebo, me adiuverunt, Alfredus de Gutschmid ad emendandum et illustrandum Eusebi opus tantum contulit, quantum ante eum nemo, atque de hoc meo libro ita meritus est, ut siquid inde bonae frugis ad haec studia promovenda redundet, id ad illum tanquam auctorem referendum sit. Scilicet non modo Graecorum fragmentorum plurimos locos felicissime sive emendavit sive explicuit atque quae invenerat, antequam hunce librum prelo tradidi, liberalissime mecum communicavit, verum etiam specimina typographica summa cum cura examinavit et emendavit, omnino autem per totum opus consiliis utilissimis me adiuvare non desiit.

In Eusebi Chronicorum libro priore restituendo cum Hieronymi ope destituti simus, Armenia versione tanquam fundamento utimur. Quam quod in Latinum sermonem conversam, recognitam, emendatam exhibere possumus, in hoc quoque volumine Henrico Petermanno v. cl. debetur, qui de opera sua ita praefatus est:

> 'Quae in praefatione de versione armeniaca secundo volumini praemissa dixi, his pauca tantum habeo, quae addam. Idem enim in hac quoque priori librorum chronicorum Eusebii parte codicum G. et N. cernitur consensus eademque discrepantia, quam in altera jam vidimus, ac mirifice quidem conveniunt in sequentibus:
>
> 1. p. 393. A. in utroque textu integrum membrum desideratur et in fine libri nomina Imperatorum Romanorum et Consulum.
> 2. Menda haud pauca sunt, eaque
>   *a*) e male lecto codice litteris majusculis scripto explicanda: cf. p. 9. „Parmibiblon“ pro „Pautibiblon“, p. 19. „Dênius s. Daenius“ pro „Daesius“, p. 65. „Askatades“ pro „Askatages“, p. 69. „Argis“ pro „Ardis“, p. 137. „Memes“ pro „Menes“, p. 141. „Se-

sôtris" pro „Sesostris", ib. „Sarakus" pro „Tarakus", p. 147. „Osorthôs" pro „Osorthon", ib. „Takelôthis" pro „Makelôthis", p. 163. „tirêr" pro „sirêr", p. 179. „Kumemes" pro „Kumetes", p. 185. „Tinôs" pro „Minôs", p. 191. „Engimion" pro „Endimion", p. 203. „minôris" pro „sinôris", p. 205. „Pethostramus" pro „Pythostratus", p. 207. „Lagas" pro „Ladas", p. 209. „Aristosenes" pro „Aristomenes", p. 211. „Piotophanes" pro „Protophanes" etc. praesertim in numeris.

b) Alia e litteris erasis s. deletis exorta: cf. p. 57. „Memnon" pro „Agamemnon", p. 127. „Ergetes" pro „Evergetes", p. 183. „mankunkh" pro „matunkh", p. 185. „Menetheus" pro „Menestheus", ib. „Partiensibus" pro „Spartiensibus i. e. „Spartanis", p. 201. „Arsalius" pro „Pharsalius", p. 203. „Kotusaeus" pro „Skotussaeus", p. 205. „Dephius" pro „Delphius", p. 393. A. „thagavor" pro „anthagavor".

c) Alia, quae negligentiae librariorum, uti p. 29. 51. „Nabodenus" pro „Nabonedus", p. 177. „Kharimedus" pro „Kharidemus".

d) Alia porro, quae male intellecta interpreti ipsi debentur: cf. p. 7. et 11., ubi vertit „quadraginta trium et duarum chiliadum myriades" pro „quadraginta tres myriades et duas chiliades"; putavit enim vocem „myriades" tam ad numerum XLIII quam ad MM pertinere. p. 143. et 151., ubi voces *νόμος* et *νομός* confundit.

e) Alia denique, quae ad textum originalem syriacum referri posse videntur: p. 17. „Dios" pro „Zeus", p. 41. interpretatio nominis „Megasthenes" cf. not. ad h. l. p. 43. „Noskhus" pro „Nôkhus", nisi forte hoc e scriptura majuscula ortum dixeris. p. 147. „Phsôsennes" pro „Psusennes", ib. „Sesonkhusis" pro „Sesonkhôsis", p. 153. „Banon" pro „*Βηων*". cf. praeterea p. 235. not. 4. Huc pertinent etiam voces: Olompiades, Ptlomaeus, Poloponesus etc.

Occurrunt vero etiam multa, e quibus textum originalem alterius ab altero magis minusve deflexisse elucet. — Reperiuntur enim in cod. N:

1. Additamenta singularia cf. pp. 125. 161. 183. et contra lacuna p. 169.
2. Menda, eaque

a) e male lecto codice litteris majusculis scripto repetenda: p. 59. „Stesia" pro „Ktesia", p. 61. „Sente" pro „Mente", p. 127. 159. „Armes" pro „Arses", p. 137. „Ninas" pro „Minas", ib. „Bolkhus s. Boghkhus" pro „Bôkhus", p. 141. „Aseres" pro „Ameres", p. 157. „Miasun" pro „Miamun", p. 175. „Laosedon" pro „Laomedon", p. 179. „Orenses" pro „Orestes", p. 195. „Epigaurius s. Epigôrius" pro „Epidaurius", p. 209. „Arkemilaus" pro „Arkesilaus".

b) Alia e litteris erasis s. deletis explicanda: p. 147, ubi e mala conjectura posuit „Herodes" pro „Herakles".

c) Alia haud pauca, quae negligentiae librarii debentur: p. 133. „Triphon" pro „Tiphon", p. 177. „Davanus" pro „Danaus", p. 179. „Arteus" pro „Atreus", p. 181. „Andorpompi" et p. 185. „Andrompompi" pro „Andropompi", p. 183. „Kordo" pro „Kodrô", ib. „Al-

tas" pro „Atlas", p. 197. „Klyon" pro „Kylon", p. 207. „Andomenes" pro „Andromenes".

d) Alia porro e perperam lecto codice graeco deducenda: p. 163. „Pyrrho" pro „Tyrrho" ubi *Π* pro *T*, p. 179. „Penthidus" pro „Penthilus" et p. 183. „Eskhidi s. Aeskhidi" pro „Eskhili s. Aeskhili" ubi *Δ* pro *Λ* interpres legit.

e) Alia denique, quae e textu syriaco orta videntur esse: p. 9. „Khankhar" pro „Lankhar" p. 69. „Arkes" pro „Arses", p. 211. „Lakedomnius" pro „Lakedemonius".

Hinc apparet, utramque recensionem e codice litteris majusculis scripto — non enim vidi in codice N. aberrationes e litteris rotundis s. minusculis deducendas — sed non ex eodem ortam esse, matrem igitur non fuisse communem, sed cognationem propinquam conspici.

De interpretatione idem mihi videtur judicium ferendum esse, quod in praefatione volumini secundo praemissa indicavi. Permulta enim originalem textum graecum luculenter monstrant. cf. praeter ea, quae modo sub 2. *d)* attulimus, p. 39. „Ekhetognomonas", p. 37. „Amuhean", p. 51. „Merbalon", p. 61. „Phasin", p. 133. „Osiridos et Isidos", p. 137. „Bubaston", p. 141. „het Osirinea" (*μετὰ Ὄσιριν*), p. 389. A. „Kabius" pro „Gabius" (*Γαβίους*), cf. porro p. 61. „Perseus Danaes" sc. filius, qualia sexcenties occurrunt. p. 179. „Litis amenus" pro „Tisamenus" e (*K*)*ΛΙΤΙΣΑΜΕΝΟΣ* ortum, ubi om. *K* et *Λ* pro *Α*. p. 183. „Nanaïdum" pro „Danaïdum" ubi *N* pro *Δ*.

Veruntamen haud desunt voces ac formae, quae, ut modo vidimus, e textu syriaco repetendae videntur, ita ut in hac quoque parte versionem armeniacam e textu graeco quidem potissimum, verum etiam, ubi ille deerat, e syriaco profectam esse dicamus. Caeterum fortasse plures versiones armeniacae exstiterunt.

Jam in praefatione secundi voluminis dixi, in bibliotheca monasterii Etschmiadsin secundum catalogum Tiflide 1865. impressum exstare exemplar librorum Eusebii chronicorum manuscriptum. Specimen hujus adjuvante Ill. Mommsen et intercedente archiepiscopo Crimensi, Ill. Aiwasowski, ad quem nonnullas epistolas misi, accepi, et cum textibus codicum G. et N. composui, unde apparuit, hunc codicem magis convenire cum N. quam cum G. Est hic codex, uti docet scriptor librarius, membranaceus, litteris rotundis s. minusculis scriptus et omni indicio temporis aut librarii carens. Desiderantur in eo quoque praefatio auctoris et titulus libri, atque eaedem reperiuntur lacunae, quae in aliis duobus; sed multimodis differre eum contendit numerorum ac sententiarum ratione habita, quare valde doleo, quod non totius libri apographum comparare potuerim.

In describendis nominibus orthographiam Armeniorum servavi, sed confiteor, me in hac quoque parte ab initio praesertim contra hanc regulam interdum peccasse.

In Graecis fragmentis operis Eusebiani colligendis usus sum Eusebi Praeparationis Evangelicae editione Gaisfordi; Syncelli, Nicephori (Cedreni, Chronici Paschalis) editionibus Bonnensibus. *Ἐκλογὴ ἱστοριῶν* edita est a Cramero Anecd. Paris. II, 165—230; Chronographi Barberini specimen editum est ab A. Maio in Scriptorr. vett. novae collectionis Tomo VIII (cf. eiusdem operis Tom. I, Part. 2 pg. 40). Excerptorum Eusebianorum quae Cramerus Anecd. Paris. 2, 115—163 edidit, collatione usus sum, quam rogatu meo accuratissime ut solet confecit amicus doctissimus et fidissimus Paulus de Lagarde, qui postquam genuinam codicis scripturam eruit, non solum emendationes satis multas sive ab aliis sive a me coniectura repertas cum codice ipso congruere apparuit, verum etiam permultos locos nondum sanatos corrigere licuit.

Appendicis loco addidi quaecunque ex antiquae chronographiae copiis cum Eusebi opere aliquo vinculo coniuncta esse visa sunt.

1 *A*. Regum Series secundum Armenium interpretem explicatione non eget. Nolint praeterire lectores, quae A. de Gutschmid de Graeco huius seriei fragmento exposuit in Addendis pg. 243—245.

1 *B*. Regum Series secundum Hieronymi codices.

Deest haec series in omnibus quotquot mihi innotuerunt Hieronymi vetustioribus libris, itemque Pontacus pg. 224 fin. testatur haec: 'Ea vero omnia quae incipiunt a *Regum Series etc.* usque ad initium Chronici excluduntur ab omnibus membranaceis praeter Vat.', id quod pg. 235 B disertis verbis confirmat. — Itaque inter Pontaci libros solus Vat. exhibuit Regum Seriem. Cui accedunt Vaticani 244 et 247, Ottob. 743, et Pal. 821 in fine mutilus qui mihi per Mommseni notas innotuerunt (cf. Eusebi Canones ed. meae praefat. pg. XIV et XV), et Codex Parmensis (Roncalli I pg. 69). Cum horum librorum nullum ipse examinaverim, Regum Seriem quoad fieri potuit secundum Pontaci Vat. codicem repraesentavi ea potissimum secutus quae Pontacus in Notis pg. 235—237 ex hoc libro excerpta refert, quibuscum coniunxi quae ex Mommseni notis et ex Roncalli editione comperi. Ubi e silentio concludendum erat, dubitationis signum apposui.

2. Exordium.

Deest in Hieronymi codicibus meis cum vetustissimis A B P et Middlehillensi tum in Leidensi c et Fuxensi. Itemque Pontacus pg. 224 D testatur, abesse Exordium ab omnibus suis chirographis praeter Fa (Fabritianum), Lo (Lodonense), Va et Vat (duo Vaticana). Deesse in Ravennate libro diserte monet Roncallius pg. 23 not. a); desiderari etiam in Vallarsii Parmensi veri simile est.

Contra extat in Scaligeri vetustissimo Freheriano (mihi F, cf. ed. meae Vol. II pg. XI), in Pontaci Fa, Lo, Va, Vat, in Roncalli Caesenatensi vel Malatestiano, in Leidensi e (cf. ed. meae Vol. II pg. XIII) quem hoc loco E littera signavi, ut facilius agnosci posset. Denique ex Mommseni schedis supra citatis comperi, extare Exordium in Romanis codicibus Vatic. 241. 242. 243. 244. 245. 246; Urb. 382. 421; Pal. 817. 818. 821. 867; Ottob. 473. 604. 743; Reg. 2034.

Libri qui Exordium exhibent in duas partes discedunt, quarum altera in medio Exordio habet lacunam (Editionis meae pg. 44, 34—46, 20), altera non habet. Priori parti assignandi sunt codex Leidensis E et omnes Mommseni codices Romani vel Vaticani. Porro Pontacus ad eum locum ubi lacuna incipit haec adscripsit pg. 226 extr.: 'observa ex hoc loco et post illa verba [*Cain autem erat operans terram*] usque ad 34 ann. Thelasionis regis Sicyoniorum [scil. in Canone pg. 14 Ann. Abr. 103 Ed. meae] omnia illa desiderari in V. Va. Vat. [nota, quod hoc loco tres Vaticanos commemorat, cum in loco supra citato pg. 224 duos tantum Va et Vat. enumeraverit] Fa et Lo, sed in Lo istorum vice apposita: *et factum est* [pg. 44, 34 ed. meae] — *quem occidit Cain* [pg. 45, 17]. Post haec in Lo sequentia folia sunt concisa usque ad ann. 34 Thelasionis regis Sicyoniorum ut ante dixi.' —

Haec quo accuratius perpendimus, eo magis veri fit simile, in initio huius notae virum egregium de V. Va. Vat. Fa libris pronunciasse, quod de solo Lodonensi dicturus erat, quod quodammodo confirmant extrema verba, ubi in solo Lodonensi tradit nonnulla folia excidisse, ut omnia desint usque ad Thelxionis annum 34. At certe hoc erat dicturus, esse lacunam non modo in tribus (vel duobus) Vaticanis, in quibus re vera extat secundum Mommsenum, sed etiam in Fabritiano codice.

Exhibet autem Pontacus illum locum ita conformatum, ut lacuna expleta sit, eumque secuti sunt Vallarsius et Roncallius. Verba quibus lacuna apud eum expleta est, infra in margine paginarum 44—46 perscribenda curavi. Haec verba unde fluxerint, difficile est ad intellegendum. Sane ex omnibus libris scriptis quos Exordium continere Pontacus Vallarsius Roncallius Mommsenus testati sunt, nullus haec verba continere videtur praeter Caesenatensem vel Malatestianum, sed ne de hoc quidem libro constat nisi per silentium Roncallii.

Eo plus tribuendum est eis verbis quibus in Scaligeri Freheriano haec lacuna expleta est, quae verba ex libro post Scaligerum denuo a me collato diligenter repraesentanda curavi. Prorsus eadem verba Pontacus pg. 226 extr. ex Lodonensi codice attulit. Quae codicum conspiratio in eo quoque cernitur, quod secundum Pontacum in Lodonensi post pg. 45, 17 conplura folia excisa fuerunt usque ad ann. 34 Thelasionis (vel potius Thelxionis) pertinentia. Patet igitur in hoc libro 34um annum Thelxionis in integri folii initio collocatum fuisse: id quod item factum est in codice Freheriano, in cuius fol. 21 initio re vera Thelxionis (vel ut F exhibet Thelesionis) ann. 34 et Aegyptior. ann. 103 perscripti sunt.

3. Epitome Syria.

Huius Epitomae religiosissime expressi versionem Latinam quam in usum huius libri confecerat Aemilius Roediger vir doctissimus ante hos sedecim menses litteris morte ereptus, qui de hac Epitome ipse commentatus est in Editionis meae Vol. II pg. LVII. Cui nihil habeo quod addam.

4. *Χρονογραφεῖον σύντομον*

primum edidit A. Maius in Scriptorum veterum novae collectionis Tomo I Part. 2 pg. 1—39, qui in praefationis pg. XVII sic de eo disseruit: 'Dum Eusebiana scripta conquirerem incidi in Codicem Columnensem olim, nunc Vaticanum, membranaceum saeculi XI, notae optimae. Is

continet Theodoreti haereticarum fabularum libros quinque. Tum in calce post alia quaedam scribitur eadem aetate manuque exile Chronicon, quod ex Eusebii Chronographia diserte dicitur esse breviatum. Prior pars quae priorem Eusebii librum utcumque aemulatur, nihil propemodum novi habet nisi alicuius auctoris operisque notitiam: quare ut id scriptum ederem, studio meo in Eusebium prope singulari indulgendum fuit. Pars vero posterior, quae habet dynastiarum et pontificatuum catalogum, haud contemnendae fortasse curiositatis videbitur . . . . . Sed tamen in his annorum notae saepe turbantur; quod mendi genus in Eusebiani quoque Chronici tabulis saepe me olim deprehendisse memini: idque vitium non tam auctori, quam librariorum incuriae vertendum est: neque ego id tamen tollendum putavi: alioquin cura diutina levidensi scripto adhibenda fuisset.' —

Equidem cum hunc laterculum huic volumini inserendum esse duxerim, ante omnia id egi ut Codicis notitiam accuratam mihi procurarem. Et Benedictus quidem Niese v. d., comiter intercedente Guilelmo Henzen v. cl., librum illum in Vaticana bibliotheca quaesivit. At ne vestigium quidem codicis pretiosissimi reperiri potuit. Itaque acquiescendum mihi erat in Maii editione fideliter repetenda. Ad emendandum et enarrandum hoc opusculum quantum contulerit indefessa Alfredi de Gutschmid benevolentia et eruditio, videbunt lectores.

5. Hieronymi Chronicorum Canonum variae lectiones Codicum M (Middlehillensis) et R (Regii sive Fuxensis).

Cum a Gutschmidio potissimum doctus essem quantam auctoritatem sibi vindicare deberet Codex Fuxensis, rogatu meo frater Richardus ante hos septem fere annos Romae hunc librum cum editione mea accuratissime comparavit. De ipso codice iam in Hieronymi Canonum pg. XVII exposui. Hanc collationem fratris dilectissimi diligenter excerptam tanquam supplementum editionis huic volumini inserui.

Accedit aliud Hieronymi Canonum apparatus critici augmentum haud inutile. Factus enim certior, extare Cheltenhami in Bibliotheca olim liberi Baronis Philipps Middlehillensis vetustissimum Hieronymi codicem, Joanne Reimer redemptore meo liberalissime intercedente a Francisco Ruehl viro doctissimo impetravi, ut superiore auctumno meum in usum librum illum excerperet.

Hic liber membranaceus saec. VIII atramento et minio scriptus est. Regnorum columnae in binis paginis collocatae sunt ut in APF codicibus. Praeter Hieronymi canones continet Fastos Idatianos et librum generationis (cf. Mommsen anni 354 Chronogr. pg. 586 not. 4). Olim Claramontanus fuisse traditur (cf. Mommsen. l. c.), Franciscus vero Ruehl ex nonnullis vestigiis suspicatus est, hunc librum Veronae exaratum postea Treviris fuisse. — Codex M cum in universum ab AP librorum parte stet, habet tamen quae propius accedant ad B codicem. Velut pg. 137, x. habet: prohibita electis (prohibita electris B, prohibitae lecticis reliqui codd.); pg. 177, e. habet septizodium sicut B; pg. 181, h. vero exhibet: athalamos (B athlamos), cum reliqui libri referant: quadraginta missus. — Ac nonnullis in locis M solus veram scripturam servavit. Velut pg. 133, b. unus M habet Gaius Lucilius pro eo quod in reliquis omnibus est Gaius Lucius. Item pg. 16, o. solus habet Caryatis, et pg. 135, e. unus omnium Quintius, cum in reliquis sit Quinticius.

Interdum autem prodit manum grammatici indocti et ex libidine corrigentis. Velut pg. 117, t. pro beroeam scribit M: uero etiam, et pg. 127, a. pro iasoni habet: iam simoni.

Diversitatem lectionis librorum Fuxensis et Middlehillensis ab editionis meae lectionibus fere integram exhibeo, utriusque libri additamenta litteris geminatis (aa, bb, cett.) distinguo.

6. Excerpta Latina Barbari.

Hunc libellum primum a Scaligero in Thesauro temporum editum esse constat. Usus est Scaliger apographo quod triginta ferme annis ante sibi paraverat quam Thesaurum edidit. Alteram Thesauri editionem curaturus Excerptoris Barbari unicum codicem (Claudii Puteani) denuo examinavit, praematura uero mors eximii viri hanc quoque operam intercepit. Et altera Thesauri editio (anno 1658 a Moro vulgata) in excudendo Excerptore nihil omnino mutavit (cf. Bernays, Scaliger pg. 218—220). Postea vero, quamvis nostris potissimum temporibus Theodorus Mommsen, Jacobus Bernays, Alfredus de Gutschmid, Georgius Unger homines doctos de huius libelli praestantia monuerint, nemo typis repetendum curavit opusculum quod inter monumenta chronographica si non principem at certe praecipuum locum obtinet.

Itaque cum huius saeculi anno LXVII per paucos dies Parisiis commorarer, in Bibliotheca tunc temporis imperiali Codicem cum Scaligeri editione contuli, statimque intellexi, valde vitioso et perquam neglegenter scripto apographo Scaligerum usum esse.

Vulgari ratione hic liber emendari nequit. Vitia enim quibus scatet si sustuleris, verendum est, ne non librariorum sed auctoris sive interpretis ipsius manum mutaveris. Quicunque emendatoris munus satis difficile suscipiet, nullo alio modo rem poterit profligare, quam totum opus in Graecum sermonem convertendo, ex quo a barbaro aliquo, graecae linguae non magis perito quam latinae, in Romanorum linguam olim conversum esse manifestum est.

Jam vero ut futurae emendationi firmum quasi fundamentum substruerem, totius codicis, quoad ex artis typographicae natura liceret, imaginem hoc loco repraesentare constitui. Quod eo magis necessarium visum est, postquam hunc librum ex codice imaginibus, tabulis geographicis, laterculis variis illustrato descriptum esse intellexi. In quo negotio ita versatus sum ut singulas plagulas mensibus Augusto et Septembri Parisiis cum ipso Codice ter conferrem, speroque fore ut haec mea editio quae in eo extant, fideliter referat. Nunquam igitur a codice Parisiensi recessi, nisi quod nomina propria litteris maiusculis distinxi ut libri usum aliquatenus facilitarem. Scaligeri notas repetendas curavi; paucas quibus opus esse visum est, notas criticas addidi.

Codex Parisinus (Ms. lat. 4884), membranaceus, formae quadratae, scripturam refert saeculi VIII vel VII exeuntis, perquam nitidam et sibi constantem, praeterquam quod nonnulla folia manum minus accuratam produnt (cf. notam meam pg. 205 ad fol. 28*a* lin. 1), quae in eo quoque differt ab altera manu, quod distinguendi signis fere prorsus abstinet.

Ut nunc est, continet codex folia sexaginta tria. Excepto primo singuli quaterniones in extremi folii margine inferiore numeris signantur. Itaque a m. pr. est II, III, IIII, V, VI, VII in foliis 16*b*, 24*b*, 32*b*, 40*b*, 48*b*, 56*b*. Folium 57 est singulare; tum inter se cohaerent fol. 60

et 61. Folium 59 singulare agglutinatum est folio 60; porro cohaerent inter se folia 58 et 63; folium denique 62 a bibliopega ligamentis cum 61 et 63 foliis coniunctum est. Nonnullae partes minutioribus quidem litteris sed ab eadem manu scriptae sunt, quod typis imitatus sum. Perpauca quae passim occurrunt correctorum vestigia diligenter notavi.

Scribebam mense Octobri
MDCCCLXXV.

ALFRED SCHOENE.

EUSEBI PAMPHILI

CHRONICORUM

LIBER PRIOR.

Varia volumina antiquarum (s. majorum, priscorum) historiarum perlustravi, (tum) quas Chaldaei et Assyrii memorant, (tum) quas singillatim et Egiptii scribunt, quasque accurate, ac si fieri posset, enarrant Graeci: quibus inclusa erant tempora regum et olompiadum, id est (quod vertitur) athletarum (s. athleticorum sc. ludorum), atque praeclara quaedam facta comprehendebant, quae a barbaris et Graecis, a fortibus et ignavis (s. ab Ariis et Non-Ariis) gesta sunt; nec non uniuscujusque mirandos exercitus, magistros militiae, sapientes, strenuos, poetas (s. fabularum fictores), historiographos, philosophos.

Congruum duxi, immo utile ac necessarium opus, breviter omnia adhibere, atque ex Hebraeis a Sacris Scripturis sumtam[1]) hebraicam antiquorum historiam et chronologiam hisce praedictis proxime apponere; ut intelligere possimus, quantum (i. e. quanto tempore) Moses, prophetaeque Hebraeorum, qui post ipsum exsistebant, vivificam theophaniam (Dei manifestationem) antecedant, atque quaecumque Divino Spiritu praedicebant (praedixerint), ut facile cognoscere possimus, in quos (i. e. in quorum tempora) e Graecis vel barbaris, qui in singulis nationibus praeclari apparuerunt, inciderint, et quibus temporibus inde ab initio praestantiores inter Hebraeos prophetae fuerint, atque omnes, qui unus post alium ex illis eorum duces fuerint.

Atque monitum et praeceptum do unicuique inde ab initio, ne umquam contendere audeat, quasi de temporibus quisquam omnino certus esse possit. Hoc sane[2]) vel inde primum lucrabimur, si veracem (quod

Ἐγὼ δὲ περὶ πολλοῦ τὸν ἀληθῆ λόγον τιθέμενος, τὰ ἑκάστῳ πονηθέντα συναγηοχὼς, καὶ τὴν ἐκ τῶν ἱερῶν βίβλων φερομένην Ἑβραϊκὴν ἀρχαιολογίαν τε καὶ χρονογραφίαν μετὰ χεῖρας θέμενος, τὸ ἀκριβὲς ἀνιχνεῦσαι διὰ σπουδῆς προυθέμην, ὡς ἂν εἰδείημεν, ὁπόσοις πρόσθεν χρόνοις τῆς σωτηρίου θεοφανείας Μωσῆς καὶ οἱ μετ' αὐτὸν γενόμενοι προφῆται, τὰ κατ' αὐτὴν σὺν θείῳ πνεύματι προπεφωνήκασι· καὶ ὡς ἂν ἔχοιμεν ἐκ προχείρου διαγιγνώσκειν, τίσιν Ἑλλήνων ἢ βαρβάρων οἱ παρ' ἑκάστῳ ἔθνει γενόμενοι [σοφοὶ[1]) *ἢ ποιηταὶ ἢ λογογράφοι καὶ ὅσοι ἄλλοι γεγόνασι] διαφανεῖς συνήκμασαν· κατὰ ποίους τε χρόνους ἀπεδείχθησαν [πρῶται βασιλεῖαι, καὶ τῶν ἐπισημοτάτων πόλεων ἀνιδρύσεις].* Ecl. histor. apud Cramerum Anecd. Paris. 2, pg. 167, coll. Chronogr. Barberin. in Mai Ed. altera, pg. 2, 14—25.

---

[1]) Cod. N. exhibet „scriptam", sed superscriptum legitur „sumtam" levi unius litterae mutatione.

[2]) Z. „Quippe primum vel eo verbo monemur, ut opinari licet, quod verus Praeceptor familiaribus suis effatus est."

[1]) *σοφοὶ — γεγόνασι* ut non Eusebiana uncis inclusit AvG, item quae statim sequuntur *πρῶται — ἀνιδρύσεις*.

verum) magistrum quis censeat illum, qui familiaribus suis dixit: (Act. 1, 7)

„Non est vestrum nosse horas et tempora, quae Pater posuit in sua potestate.“ Sed ille velut Deus ac Dominus, non solum de mundi fine, sed (etiam, ut) mihi videtur, de omnibus temporibus hanc paucis verbis sententiam protulit; ut eos, qui ejusmodi vanam disquisitionem conari (et) audere inclinant, impediret.

Οὐχ ὑμῶν ἐστὶν γνῶναι χρόνους ἢ καιροὺς, οὓς ὁ πατὴρ ἔθετο ἐν τῇ ἰδίᾳ ἐξουσίᾳ. Act. Apost. 1, 7

Quinimmo[1]) nostra quoque verba impraesentiarum idem testificando magistri dictum fide dignum reddant (s. confirment), quod non a Graecis, neque barbaris, neque aliis, (nec) ab ipsis adeo Hebraeis omnem mundi chronologiam accurate (quis) discere potest, sed id tantum optare, ut omnino, quod a nobis in praesenti tractatu (sc. dictum est), duas res cognoscere adjuvet. Primo ne quis aliorum similis arbitretur accuratissime consequi rationem temporum, et decipiatur, sed illud tantum in arenam productum agnoscat, ut quomodo, quove pacto quaestio sit, quae proposita est, scire (perspicere) queat, nec ambiguus maneat.

De[2]) Graecorum ab omnibus longis (i. e. longe remotis) temporibus exclusione non est quod mireris, (quippe) qui variis exitiosis corruptelis semetipsos injecerunt, et longo tempore usque ad Cadmi gentem (aetatem) litteris prorsus caruerunt. Cadmum enim primum ajunt ipsis e Phoenicum terra scripturam (characteres) attulisse. Et jure quidem Egiptius ille in Platonis libro contemnit (redarguit) Solonem.

„O Solon, inquit, Graeci semper pueri estis: quoniam senex vir Graecus non reperitur unquam; ac nemo potest a vobis discere antiqui temporis doctrinam.“ Egiptiorum vero multae referuntur historiae transeuntes (sc. finem et modum i. e. ineptae), item atque Chaldaeorum: hi enim ad quadraginta et plures

Ὦ Σόλων, Σόλων, φησὶ, Ἕλληνες ἀεὶ παῖδές ἐστε, γέρων δὲ Ἕλλην οὐκ ἔστιν. Ἀκούσας οὖν, Πῶς; τί τοῦτο λέγεις; φάναι· Νέοι ἐστέ, εἰπεῖν, τὰς ψυχὰς πάντες· οὐδεμίαν γὰρ ἐν αὐταῖς ἔχετε δι' ἀρχαίαν ἀκοὴν παλαιὰν δόξαν οὐδὲ μάθημα χρόνῳ πολιὸν οὐδέν. Platon. Tim. 22 B.

---

[1]) A. vertit: „Quinimmo verba quoque nostra impraesentiarum idem testificando magistri illud dictum testatissimum reddent; nempe, quod neque a Graecis, nec a barbaris, nec ab aliis, nec ab ipsis quidem Hebraeis integram mundi Chronologiam accurate quis discere possit.“ Z. „Revera et noster hic sermo vehementi testimonio eandem Magistri sententiam probabilem faciet: videlicet neque Graecorum neque Barbarorum neque aliarum quarumvis gentium neque ipsorum Hebraeorum universalem chronologiam nos posse evidenter addiscere.“ Uterque de obscuritate loci conqueritur.

[2]) A. „Quod (autem) Graeci remotioribus temporibus omnino excludantur, ne mirum id videatur, quippe qui etc.“ Z. vero: „Et Graecos quidem non est mirum diu admodum memoria caruisse, quippe qui etc.“ Servanda est Aucheri conjectura, quae auctoritate Cod. N. confirmatur. Ceterum cf. Euseb. Praep. ev. X, 7.

etiam annorum myriades scripta sua tempora computant,

Egiptii vero deorum et aliorum quorundam semideorum, praeterea etiam manium, atque mortalium aliorum regum multas, delirantium (more) fabulas contexunt.

. . . ὧν καὶ Εὐσέβιος ὁ Παμφίλου μνησθεὶς ἐν τοῖς χρονικοῖς αὐτοῦ φησιν οὕτως. Αἰγύπτιοι δὲ θεῶν καὶ ἡμιθέων καὶ παρὰ τούτοις νεκύων καὶ θνητῶν ἑτέρων βασιλέων πολλὴν καὶ φλύαρον συνείρουσι μυθολογίαν. Sync. 73, 19.

Jam vero quid me cogat, qui prae omnibus veritatem colo, ejusmodi res minute perscrutari? ubi et apud dilectos meos Hebraeos dubia inveniuntur, quae tempore opportuno proferam. Sed hoc ad objurgationem jactantiae vanorum (inanis gloriae cupidorum) chronographorum dixi[1]).

Ego vero propter ea, quae proposita sunt, priscorum libros perlustrans, ponam primum Chaldaeorum chronographiam, deinde Assyriorum; tum Medorum reges, postea Lydorum; et juxta eos Persarum. Et inde ad alterum locum transgrediens omnem Hebraeorum chronologiam ex ordine ponam; atque post eam iterum tertio ordine Egiptiorum dynastiae tempora. Eidem adjungam etiam Ptolomaeorum (sc. dynastiam), qui post Alexandrum Macedonem in Egipto, atque Alexandriae regnarunt. Post quod unum post alterum ex alio principio, quomodo suas Graeci narrant historias, in conspectum producam. Primum eos, qui Sicione regnaverunt, quique in Argivorum terra et qui in ipsa Atheniensium urbe, a primo usque ad postremum: qui in Lacedemonia, et qui Corinthi: qui demum in aliqua regione mare obtinentes dominati sunt.

Iisdem addam librum olompiadum, quae a Graecis scriptae sunt. Postquam autem haec omnia juxta se invicem collocavero, tum et primos reges Macedonum, Thettalorumque; deinde etiam Assyriorum[2]) atque Asianorum, qui post Alexandrum duces extiterunt, unum post alterum conscribam. Post quod omnes quoque singulatim (ac) separatim a se invicem disponam, qui ab Enea post captum Ilium Latinis imperarunt, et postea Romani sunt appellati. Post ea vero ex ordine illos, qui a Romilo (originem habuerunt), qui Romam urbem condiderunt. Et qui a Julio[3]) Caesare, et ab Augusto ordine succedentes Imperatores fuerunt; nec non Consules, qui annui interea exstiterunt.

Atque materias ex his omnibus mihi recolligens ad chronicos temporales canones me convertam; ac resumens jam inde ab initio ex iis, qui in qualibet gente regnaverunt, tempora, singulas in partes seor-

[1]) A. sine necessitate levi textus mutatione vertit „sit dictum“.

[2]) I. e. „Syrorum“; nam Armenii saepius Syros et Assyrios eadem voce („Asorios“) insigniunt.

[3]) N. „a Romilo Caesare“.

sum dividam; numeros quoque annorum uniuscujusque eorum coram se invicem apponam: ut facile et promtius assequamur, quo quisque tempore fuerit. Atque singulorum regnorum praeclara gesta, quae ab omnibus gentibus narrantur, inter illud regnum breviter disponam.

Sed illius secundi posterior elaboratio erit; nunc vero in proximo sermone, agedum chronographiam ab Chaldaeis de ipsorum majoribus relatam inspiciamus.

(CHALDAEORUM.)

Quomodo Chaldaei Chronographiam prodant, ex Polyhistore Alexandro: et[1] *de scriptis Chaldaeorum, primoque eorum regno.*

Haec Berosus in primo volumine enarravit, et in secundo reges unum post alterum disponens conscripsit. Prout ille dicit, (quod) Nabonassarus eo tempore rex erat. Nomina regum colligens colligit tantum, gesta vero eorum minime accurate refert; vel nec memoratu dignum reputat, quod exinde numerus regum disponatur: incipitque in hunc modum scribere.

Apolodorus[2] ait primum extitisse regem Alorum[3], qui Babelone[4] quidem erat Chaldaeus[5], regnasse ipsum saros[6] x,

Πρὸς τούτοις καὶ Ἀπολλόδωρος ὁμοίως τούτοις τερατευόμενος οὕτω λέγει. Ταῦτα μὲν ὁ Βηρωσσὸς ἱστόρησε, πρῶτον γενέσθαι βασιλέα Ἄλωρον ἐκ Βαβυλῶνος Χαλδαῖον· βασιλεῦσαι δὲ σάρους δέκα ... Sync. 71, 3.

dividens unum Sarum in numerum trium millium et sexcentorum annorum, addens hisce etiam aliquos Neros, Sososque. „Nerus unus, inquit, e neris sexcentorum annorum est, Sosusque unus e sosis LX. annorum: ejusmodi annos secundum pristinam quandam antiquorum rationem recensens“. Haec dicens, atque etiam ulterius progrediens, unum post alterum ex ordine recenset reges Asoriorum (Assyriorum), reges x. ab Aloro primo rege usque ad Xisuthrum, sub quo magnum et primum diluvium fuisse ait; de quo et Moses mentionem facit.

... *ἀλλ' ὁ μὲν Βηρωσσὸς διὰ σάρων καὶ νήρων καὶ σώσσων ἀνεγράψατο· ὧν ὁ μὲν σάρος τρισχιλίων καὶ ἑξακοσίων ἐτῶν χρόνον σημαίνει, ὁ δὲ νῆρος ἐτῶν ἑξακοσίων, ὁ δὲ σῶσσος ἑξήκοντα.* Sync. 30, 6.

Tempora vero imperii regum illorum saros dicit (fuisse) C, et XX. qui efficiunt universi MMXLIII. myriades annorum[7]. Scribit autem singillatim hoc pacto.

Καὶ συνῆξε σάρους ἑκατὸν εἴκοσι διὰ βασιλέων δέκα, ἤτοι χρόνον ἐτῶν μυριάδων τεσσαράκοντα τριῶν καὶ δύο χιλιάδων. Sync. 30, 9.

[1] N. et apographum Auch. om. „et“.

[2] A. et Z. hic ut alibi „Apollodorus“.

[3] N. A. et apogr. Auch. „circa Alorum“ s. „de Aloro“.

[4] N. et E. „ex Babelone“.

[5] N. A. et apogr. Auch. „Chaldaeus s. chaldaicus rex ei“ sc. Babeloni.

[6] Armenus ubique „Schar“ scribit pro „Sar“.

[7] Z. e recta computatione et textu graeco scribit „quadraginta tres annorum myriades annosque bis mille“ sed contra codd. armen.

„Quum, inquit, obiisset Alorus, regnavit filius ejus Alaparus[1]) saros III. et post Alaparum[2]) Almelon ex Chaldaeis e civitate Pautibiblon[3]) regnavit saros XIII. Post Almelonem autem Ammenonem ex Chaldaeis e Parmibiblon (ait) regnasse saros XII. In ejus diebus apparuisse bestiam quandam e mari rubro, quam Idotion vocant, cujus forma erat hominis et piscis. Atque post eum Amegalarum ex Pautibiblon urbe regnasse (tradit) saros XVIII. Post hunc vero Daonum[4]) Pastorem fuisse ex urbe Pautibiblon; eum quoque regnasse saros X. Sub eo iterum e mari rubro (egressas) quatuor Sirenes[5]) eadem ratione hominis et piscis speciem habentes apparuisse. Ac deinde Edoranchum ex Pautibiblon civitate imperium habuisse saros XVIII, sub eoque rursum e mari rubro comparuisse aliud quoddam (monstrum), pisci et homini simile, cui nomen vocabatur Odacon. Haec omnia (sc. monstra) ait, ab Oane summatim singillatim exposita esse. Et postea imperium habuisse Amenphsinum Chaldaeum[6]) e Lancharis[7]), eumque regnasse saros X; deinde vero imperium habuisse Otiartem Chaldaeum[8]) e Lancharis; et eum quoque regnasse saros VIII. Otiarte vero defuncto, filium ejus Xisuthrum regnasse saros XVIII; sub eo magnum diluvium factum fuisse“. Omnes conjunctim fiunt reges X. sari CXX. Computantur autem hac ratione.

Alorus.	saros X.
Alaparus.	saros III.
Almelon.	saros XIII.
Ammenon.	saros XII.
Amegalarus.	saros XVIII.
Daonus.	saros X.
Edovanchus[9]).	saros XVIII.
Amenphsinus.	saros X.
Otiartes.	saros VIII.
Xisuthrus.	saros XVIII.

Conjunctim reges X. Sari CXX. Et CXX. saros

... *καὶ καθεξῆς Ἀλάπαρον καὶ Ἀμήλωνα τὸν ἐκ Παντιβίβλων. εἶτα Ἀμμένωνα τὸν Χαλδαῖον, ἐφ' οὗ φησι φανῆναι [τὸν μυσαρὸν Ὠάννην]*[1]) *τὸν Ἀννήδωτον, ἐκ τῆς ἐρυθρᾶς. [ὅπερ Ἀλέξανδρος προλαβὼν εἴρηκε φανῆναι τῷ πρώτῳ ἔτει. οὗτος δὲ μετὰ σάρους τεσσαράκοντα. ὁ δὲ Ἀβυδηνὸς τὸν δεύτερον Ἀννήδωτον μετὰ σάρους εἴκοσιν ἕξ]. Εἶτα Μεγάλαρον ἐκ Παντιβίβλων πόλεως, βασιλεῦσαι δ' αὐτὸν σάρους ὀκτωκαίδεκα. Καὶ μετὰ τοῦτον Δάωνον ποιμένα ἐκ Παντιβίβλων βασιλεῦσαι σάρους δέκα. Κατὰ τοῦτον πάλιν φησὶ φανῆναι ἐκ τῆς ἐρυθρᾶς Ἀννηδώτων τετράδα*[2]) *τὴν αὐτὴν τοῖς ἄνω ἔχοντας διάθεσιν καὶ τὴν ἰχθύος πρὸς ἀνθρώπους μίξιν. Εἶτα ἄρξαι Εὐεδώραχον ἐκ Παντιβίβλων, καὶ βασιλεῦσαι σάρους ὀκτωκαίδεκα. Ἐπὶ τούτου φησὶν ἄλλον φανῆναι ἐκ τῆς ἐρυθρᾶς θαλάσσης ὅμοιον κατὰ τὴν ἰχθύος πρὸς ἄνθρωπον μίξιν, ᾧ ὄνομα Ὠδάκων. Τούτους δέ φησι πάντας τα ὑπὸ Ὠάννου κεφαλαιωδῶς ῥηθέντα κατὰ μέρος ἐξηγήσασθαι [περὶ τούτου Ἀβυδηνὸς οὐδὲν εἶπεν]*[3]). *Εἶτα ἄρξαι Ἀμεμψινὸν Χαλδαῖον ἐκ Λαράγχων, βασιλεῦσαι δὲ αὐτὸν ὄγδοον σάρους δέκα. Εἶτα ἄρξαι Ὠτιάρτην Χαλδαῖον ἐκ Λαράγχων, βασιλεῦσαι δὲ σάρους η'. Ὠτιάρτου δὲ τελευτήσαντος τὸν υἱὸν αὐτοῦ Ξίσουθρον βασιλεῦσαι σάρους ὀκτωκαίδεκα. Ἐπὶ τούτου τὸν μέγαν κατακλυσμόν φησι γεγενῆσθαι· ὡς γίνεσθαι ὁμοῦ πάντας βασιλεῖς δέκα, σάρους δὲ ἑκατὸν εἴκοσι.* Sync. 71, 6.

---

[1]) N. et A. exhibent „Alaporus“, sed A. superscripsit „a“ loco „o“.

[2]) N. „Alaprum“.

[3]) Z. sec. gr. textum exhibet „e Pautibiblis“, atque item altera vice, ubi N. G. A. scribunt „e Parmibiblon“, et tertia.

[4]) N. „Davanum“.

[5]) ad verbum „feras lente (lentule) saltantes“ s. „lente saltando canentes“. Z. „quatuor monstra“ A. „quatuor belluas centauros“.

[6]) N. in textu „Chaldaeum“, in margine „Chaldaeorum“, A. et apogr. Auch. in textu „Chaldaeorum“ in margine „Chaldaeum“.

[7]) N. „e Chancharis“.

[8]) G. A. „Chaldaeorum“, sed superscriptum „Chaldaeum“ N. „Chaldaeum“ sed superscriptum „Chaldaeorum“.

[9]) Z. „Edoranchus“.

---

[1]) *τὸν — Ὠάννην* itemque verba statim sequentia *ὅπερ — ἕξ* AvG uncis inclusit ut Syncelli additamenta.

[2]) *Ἀννήδωτον τέταρτον* et vs. 12 *ἔχοντα* Cod., corr. AvG.

[3]) *περὶ — εἶπεν* Syncelli additamentum AvG.

efficere ajunt MMXLIII. myriades annorum[1]), si quidem sarus ter mille et sexcentos annos conficiat.

Haec Polyhistoris Alexandri liber narrat. Si quis autem veram esse illius voluminis historiam arbitretur, ac re vera tot annorum myriades fuisse (transiisse), eundem tunc oportet aliis etiam similibus rebus, quae pariter manifeste incredibiles in eodem libro continentur, fidem habere. Quid autem illud sit, quod scribat (scribit) idem Berosus ibi in primo historico volumine, enarrabo; et primis quae dicta sunt, adjungam, quippe quod in eodem volumine deposuit Polyhistor, singillatim enim hac verborum forma refert[2]).

De Chaldaica infirma (improbabili, incredibili) historia iterum in Polyhistore Alexandro de eodem Chaldaeorum volumine.

Ἐκ τοῦ Ἀλεξάνδρου τοῦ Πολυίστορος, περὶ τῶν πρὸ τοῦ κατακλυσμοῦ βασιλευσάντων δέκα βασιλέων τῶν Χαλδαίων καὶ αὐτοῦ τοῦ κατακλυσμοῦ, καὶ περὶ τοῦ Νῶε καὶ τῆς κιβωτοῦ, ἐν οἷς καί τινα διὰ μέσου τερατώδη φάσκει, ὡς τῷ Βηρωσσῷ γεγραμμένα. Sync. 50, 1.

„Berosus quidem in primo babelonico volumine, aetate se Alexandri Philippi (filii) esse ait, atque transcripsisse multorum volumina, quae etiam Babelone multa cura a ducentis et quindecim annorum myriadibus asservabantur, in quo (in quibus) temporum rationes (continebantur) et liber historiarum de caelis et terra, marique, ac prima (primum facta) creatione, ac de regibus, et eorum rebus, et gestis refert.

Βηρωσσὸς δὲ ἐν τῇ πρώτῃ τῶν Βαβυλωνιακῶν φησι γενέσθαι μὲν αὐτὸν κατὰ Ἀλέξανδρον τὸν Φιλίππου τὴν ἡλικίαν· ἀναγραφὰς δὲ πολλῶν ἐν Βαβυλῶνι φυλάσσεσθαι μετὰ πολλῆς ἐπιμελείας ἀπὸ ἐτῶν που ‚υ‚π[1]), *ὑπὲρ μυριάδων σιέ*[2]) *περιεχούσας χρόνον· περιέχειν δὲ τὰς ἀναγραφὰς ἱστορίας περὶ τοῦ οὐρανοῦ καὶ θαλάσσης καὶ πρωτογονίας καὶ βασιλέων καὶ τῶν κατ᾽ αὐτοὺς πράξεων.* Sync. 50, 6.

Et primo[3]) dicit Babeloniorum terram jacere supra (ad) Deklathum[4]) flumen, et Aratsanem interfluere; et in ipsa exstat[5]) (s. est) triticum agreste et hordeum, et (eamque ait) lentem, et olus, et sesamum terram producere; et in paludibus (s. ripis) atque arundinetis[6]) fluvii radices esculentas reperiri, quarum nomen vocetur Gongus, (easque) radices hordeacei panis vim habere; fieri (nasci) inibi et palmas ac mala, et

Καὶ πρῶτον μὲν τὴν Βαβυλωνίων γῆν φησι κεῖσθαι ἐπὶ τοῦ Τίγριδος καὶ Εὐφράτου ποταμοῦ μέσην· φύειν δὲ αὐτὴν πυροὺς ἀγρίους καὶ κριθὰς καὶ ὦχρον καὶ σήσαμον· καὶ τὰς ἐν τοῖς ἕλεσι φυομένας ῥίζας ἐσθίεσθαι· ὀνομάζεσθαι αὐτὰς γόγγας· ἰσοδυναμεῖν δὲ τὰς ῥίζας ταύτας κριθαῖς· γίνεσθαι δὲ φοίνικας καὶ μῆλα καὶ τὰ λοιπὰ ἀκρόδρυα καὶ ἰχθύας καὶ ὄρνεα χερσαῖά τε καὶ λιμναῖα. Εἶναι δὲ αὐτῆς τὰ μὲν κατὰ

1) Sic A. e textu arm., sed Z. ut supra pg. 7, 36 e recta computatione exhibet „quadraginta tres annorum myriades et bis mille insuper annos".

2) N. „referebat".

3) G. et E. addunt: „ponit", quod A. et N. omittunt.

4) Arm. scribit „Deklath" loco „Tigris" et „Aratsani" loco „Euphrates"; sic enim appellantur apud eos haec flumina.

5) Sic N., G. et A., sed in A. et G superscriptum legitur „vivit" i. e. nascitur, quod in textum recepit Aucher. Caeterum haec vox scribae inscii additamentum esse videtur, Z. omittit.

6) „atque arundinetis" om. N.

1) *‚υ‚π* coll. Africano apud Sync. 31, 11 inseruit AvG.

2) *σιέ* AvG, *ιέ* Cod.

alia quoque diversi generis poma, nec non pisces, et aves silvestres ac palustres: esse autem arabicas ejus partes aqua et fructibus carentes, oppositas vero terrae Arabum montuosas et fructiferas; et Babelone magnam multitudinem hominum alienigenarum in Chaldaeorum regione habitare, eosque brutorum ac ferarum more luxuriose (luxuriâ) vivere.

Primo autem anno e mari rubro ibi quidem intra fines Babeloniorum (s. babelonicos) terribilem quandam apparuisse feram, cui nomen vocetur Oan; quemadmodum et Apolodorus in volumine (historia) enarrat: (quippe) quod totum ejus corpus piscis (Gen. sc. corpus) fuisse, et infra piscis caput aliud caput juxta illud accommodatum (adaptatum), et ad caudam pedes tamquam hominis, et vocem secundum vocem hominum; ejusque hucusque delineatam imaginem servari. Et feram illam, ait, interdiu cum hominibus versari (versatam esse), ad nullum tamen prorsus cibum accedere (accessisse i. e. nullum .... cibum sumere, sumsisse); atque homines edocere (edocuisse) litteras, ac varia artium genera, urbium formas, templorumque fundationes (structuras), et legum doctrinas, ac finium portionumque conditiones edocere (edocuisse), seminum fructuumque collectionem indicare (indicavisse, demonstravisse); et summatim, quidquid familiaritati (consortio) vitae mundi conveniens sit, hominibus tradere (tradidisse); et ab illo inde tempore alium quemquam nihil amplius invenire (invenisse).

At sole occidente Oannem feram rursus in mare mergi (mersam esse), nocteque in mari immenso collocari (collocatam, commoratam), atque ita ancipitem quandam (amphibii more) vitam vivere (vixisse). Postea vero alias quoque feras eidem similes apparuisse, de quibus in volumine regum ait se manifestare (s. manifestavisse s. manifestaturum esse). Oanem[1] autem dicit de rebus creatis (s. de creatione, rerum origine) et de virtutibus (s. reipublicae administratione) scripsisse, hominibusque linguam et sapientiam (peritiam, artem) dedisse."

„(Tempus[2]) aliquando erat (fuit), inquit, quo cuncta tenebrae et aqua erant; et erant ibi aliae quaedam

1) Hoc loco et l. 29 legitur „Oan", sed l. 10 „Oann".

2) G. et E. om. „tempus".

τὴν Ἀραβίαν μέρη ἄνυδρά τε καὶ ἄκαρπα, τὰ δὲ ἀντικείμενα τῇ Ἀραβίᾳ ὀρεινά τε καὶ εὔφορα[1]*. ἐν δὲ τῇ Βαβυλῶνι πολὺ πλῆθος ἀνθρώπων γενέσθαι ἀλλοεθνῶν κατοικισάντων*[2] *τὴν Χαλδαίαν· ζῆν δὲ αὐτοὺς ἀτάκτως, ὥσπερ τὰ θηρία.* Sync. 50, 12.

Ἐν δὲ τῷ πρώτῳ ἐνιαυτῷ φανῆναι ἐκ τῆς ἐρυθρᾶς θαλάσσης κατὰ τὸν ὁμοροῦντα τόπον τῇ Βαβυλωνίᾳ ζῶον ἀφραῖνον[3] *ὀνόματι Ὠάννην, καθὼς καὶ Ἀπολλόδωρος ἱστόρησε, τὸ μὲν ὅλον σῶμα ἔχον ἰχθύος, ὑπὸ δὲ τὴν κεφαλὴν παραπεφυκυῖαν ἄλλην*[4] *κεφαλὴν ὑποκάτω τῆς τοῦ ἰχθύος κεφαλῆς, καὶ πόδας ὁμοίως ἀνθρώπου, παραπεφυκότας δὲ ἐκ τῆς οὐρᾶς τοῦ ἰχθύος· εἶναι δὲ αὐτῷ φωνὴν ἀνθρώπου, τὴν δὲ εἰκόνα αὐτοῦ ἔτι καὶ νῦν διαφυλάσσεσθαι. Τοῦτο δέ, φησὶ, τὸ ζῶον τὴν μὲν ἡμέραν διατρίβειν μετὰ τῶν ἀνθρώπων, οὐδεμίαν τροφὴν προσφερόμενον, παραδιδόναι τε τοῖς ἀνθρώποις γραμμάτων καὶ μαθημάτων καὶ τεχνῶν παντοδαπῶν ἐμπειρίαν, καὶ πόλεων συνοικισμοὺς καὶ ἱερῶν ἱδρύσεις καὶ νόμων εἰσηγήσεις καὶ γεωμετρίαν διδάσκειν, καὶ σπέρματα καὶ καρπῶν συναγωγὰς ὑποδεικνύναι, καὶ συνόλως πάντα τὰ πρὸς ἡμέρωσιν ἀνήκοντα βίου παραδιδόναι τοῖς ἀνθρώποις. ἀπὸ δὲ τοῦ χρόνου ἐκείνου οὐδὲν ἄλλο περισσὸν εὑρεθῆναι.* Sync. 51, 2.

Τοῦ δὲ ἡλίου δύναντος τὸ ζῶον τουτονὶ Ὠάννην[5] *δῦναι πάλιν εἰς τὴν θάλασσαν, καὶ τὰς νύκτας ἐν τῷ πελάγει διαιτᾶσθαι· εἶναι γὰρ αὐτὸν*[6] *ἀμφίβιον. ὕστερον δὲ φανῆναι καὶ ἕτερα ζῶα ὅμοια τούτῳ, περὶ ὧν ἐν τῇ τῶν βασιλέων ἀναγραφῇ φησι δηλώσειν. τὸν δὲ Ὠάννην περὶ γενεᾶς καὶ πολιτείας γράψαι καὶ παραδοῦναι τόνδε τὸν λόγον τοῖς ἀνθρώποις.* Sync. 51, 16.

Γενέσθαι[7] *φησὶ χρόνον ἐν ᾧ τὸ πᾶν σκότος καὶ ὕδωρ εἶναι, καὶ ἐν τούτοις ζῶα τερατώδη, καὶ ἰδιο-*

1) *ἄφορα* Cod., em. G.

2) *κατοικησάντων* Cod., em. AvG.

3) *ἄφρενον* Cod.; corr. AvG tanquam christianam interpolationem pro genuino *ἔμφρον*, coll. *τὸν μυσαρὸν Ὠάννην* Sync. 71, 8.

4) *ἄλλην*] ex *ανην* = *ἀνθρωπίνην* corruptum esse coni. AvG.

5) Olim scriptum fuisse *τὸν Ὠάννην τουτονὶ δῦναι* Syncellique scripturam inde natam esse quod *Ὠάννην* emendatoris supra *τὸν ᾠὸν* librarii scriptum erat, coni. AvG.

6) *αὐτὸν* em. G., cod. *αὐτὸ*.

7) Hinc iam sequi excerpta ex Oannis libro monet AvG.

ferae, e quibus aliquae per sese natae erant, et formas viviparas (s. a vivis natas, genitas) habuisse (ait), homines vero duabus alis natos esse, alios autem quatuor alis ac duabus faciebus, et corpus unum (habuisse) duo vero capita, feminea et virilia[1]); duas quoque naturas (s. duo genitalia), masculinas ac muliebres[1]); alios etiam homines, quibus femora (fuerint) caprarum, et cornua in capite: alios autem equinis pedibus, aliisque a parte postica equorum figuram, (ab) antica vero hominum (fuisse), qui hippocentaurorum sirenias[2]) formas habuerint; tauros etiam humano capite natos esse, canesque quatuor habentes corpora, quorum caudae caudarum ad instar piscium, a postica parte e clunibus prodierint; item equos cynocephalos, hominesque, et alias etiam feras equinis capitibus, et humanis formis, et more piscium cauda praeditas, et alias quoque diverso genere feras draconum specie, pisces etiam sirenios, et reptilia serpentesque, ac varias bestias multas mirabiles, forma inter se dissimiles; quarum imagines in Beli templo singulatim pictas servabant. Illis autem omnibus mulierem quandam, cujus[3]) nomen vocetur Marcaje, dominatam esse, quae chaldaice Thalattha nominatur, et graece vertitur Thalattha[4]), quod est mare[5]).

Dum autem haec omnia in unum conflata surrecta steterint, irruens Belus mediam mulierem dissecat: dimidiam ejus partem faciendo (faciens) terram, et dimidiam caelum; atque alias etiam feras, quae in ipsa erant, perdens. Sed allegorice ac diverso modo physiologice ait de ejusmodi naturis dissertum esse, quod dum adhuc per universum humor et aqua esset, ac ferae tantummodo in ea essent, idolum illud suum sibi caput amputasse, et sanguinem ab eo defluentem alios deos sumsisse, cum humo commiscuisse, homines que creasse, quapropter sapientes fiunt ac divinae mentis participes.

---

[1]) Plur. pro Sing., quem Z. et E. exhibent.

[2]) Hanc vocem glossam habeo interpretis s. scribae. ad verbum „leniter saltantium s. choros exercentium". Sic et infra vs. 18.

[3]) „Marcaje" s. „Marcajae" forsan Dat. gr. repraesentat.

[4]) N., G., A. „Thalattha", Z. „θάλαττα", A. in textu „Thaladda" e conjectura, in versione sec. recent. pronuntiationem „Thalatta".

[5]) „quod est mare" additamentum interpretis, ut jam viderunt A. et Z.

φυεῖς[1]) τὰς ἰδέας ἔχοντα ζωογονεῖσθαι· ἀνθρώπους γὰρ διπτέρους γεννηθῆναι, ἐνίους δὲ καὶ τετραπτέρους καὶ διπροσώπους· καὶ σῶμα μὲν ἔχοντας ἕν, κεφαλὰς δὲ δύο, ἀνδρείαν τε καὶ γυναικείαν, καὶ αἰδοῖα δὲ[2]) δισσὰ, ἄῤῥεν καὶ θῆλυ· καὶ ἑτέρους ἀνθρώπους τοὺς μὲν αἰγῶν σκέλη καὶ κέρατα ἔχοντας, τοὺς δὲ ἵππου πόδας[3]), τοὺς δὲ τὰ ὀπίσω μὲν μέρη ἵππων, τὰ δὲ ἔμπροσθεν ἀνθρώπων, οὓς[4]) ἱπποκενταύρους τὴν ἰδέαν εἶναι. Ζωογονηθῆναι δὲ καὶ ταύρους ἀνθρώπων κεφαλὰς ἔχοντας καὶ κύνας τετρασωμάτους, οὐρὰς ἰχθύος ἐκ τῶν ὄπισθεν μερῶν ἔχοντας, καὶ ἵππους κυνοκεφάλους καὶ ἀνθρώπους, καὶ ἕτερα ζῶα κεφαλὰς μὲν καὶ σώματα ἵππων ἔχοντα, οὐρὰς δὲ ἰχθύων· καὶ ἄλλα δὲ ζῶα παντοδαπῶν θηρίων μορφὰς ἔχοντα. Πρὸς δὲ τούτοις ἰχθύας καὶ ἑρπετὰ καὶ ὄφεις καὶ ἄλλα ζῶα πλείονα θαυμαστὰ καὶ παρηλλαγμένας[5]) τὰς ὄψεις ἀλλήλων ἔχοντα· ὧν καὶ τὰς εἰκόνας ἐν τῷ τοῦ Βήλου ναῷ ἀνακεῖσθαι, ἄρχειν δὲ τούτων πάντων γυναῖκα ᾗ ὄνομα Ὀμόρκα[6]) εἶναι· τοῦτο δὲ Χαλδαϊστὶ μὲν Θαλάτθ, Ἑλληνιστὶ δὲ μεθερμηνεύεται θάλασσα [κατὰ δὲ ἰσόψηφον σελήνη[7])]. Sync. 52, 1.

Οὕτως δὲ τῶν ὅλων συνεστηκότων, ἐπανελθόντα Βῆλον σχίσαι τὴν γυναῖκα μέσην, καὶ τὸ μὲν ἥμισυ αὐτῆς ποιῆσαι γῆν, τὸ δὲ ἄλλο ἥμισυ οὐρανὸν, καὶ τὰ ἐν[8]) αὐτῇ ζῶα ἀφανίσαι, ἀλληγορικῶς δέ φησι τοῦτο πεφυσιολογῆσθαι· ὑγροῦ γὰρ ὄντος τοῦ παντὸς καὶ ζώων ἐν αὐτῷ γεγεννημένων, τοῦτον τὸν θεὸν[9]) ἀφελεῖν τὴν ἑαυτοῦ κεφαλὴν, καὶ τὸ ῥυὲν αἷμα τοὺς ἄλλους θεοὺς φυρᾶσαι τῇ γῇ, καὶ διαπλάσαι τοὺς ἀνθρώπους· διὸ νοερούς τε εἶναι καὶ φρονήσεως θείας μετέχειν. Sync. 52, 19.

---

[1]) Cod. *εἰδιφυεῖς*, em. Richter de Beroso 49.

[2]) *δὲ* corr. AvG, cod. *τε*.

[3]) Cod. *ἱππόποδας*, corr. AvG.

[4]) *οὓς* ex genuino *ὡς* corruptum suspicatur AvG.

[5]) *παρηλλαγμένα* cod., emend. AvG.

[6]) Cod. *ὁμόρωκα*, corr. Scaliger, recte quidem, ut monet AvG, namque litterae numerales *ομορκα* eundem numerum efficiunt, quem *σεληνη*, cum utriusque vocabuli summa sit 301.

[7]) quae uncis inclusi, AvG suspicatur ab interprete Armeno omissa esse, ut quae non intellegeret.

[8]) Olim *σὺν αὐτῇ* scriptum fuisse coni. AvG.

[9]) *τοῦτον τὸν θεὸν — μετέχειν* et pg. 17, 1 *τὸν δὲ Βῆλον — φάσκειν* enuntiatorum sedes inter se ab Eusebio perperam esse mutatas monet AvG; nempe priorem narrationem non esse physiologicam sed vere mythicam. Similem hic in excerptis Eusebio ac-

De Belo autem, qui graece Dios vertitur, armeniace vero Aramazd[1]), dicunt, eum tenebras per medium (medias) scidisse, et caelum et terram inter se separasse, ac mundum (ordine) ordinando composuisse; feras vero lucis vim haud sustinentes, periisse (s. perdidisse)[2]). Belum, quum desertam quandam regionem ac feracem videret, idolorum (deorum) cuipiam praecepisse, ut sanguinem, qui descenderet (deflueret) de praesecto suo capite, cum humo commisceret, hominesque crearet, et alias bestias ac feras, quae hunc aerem sustinere possent; Belum astra et solem lunamque, ac quinque stellas seductionum (errorum, errantes i. e. Planetas) condidisse.“ Haec secundum Polyhistorem Berosus in primo volumine narrat; in secundo vero (libro) reges unum post alterum idem conscribit; et tempus decem regum, de quo supra diximus, supra XL. myriades annorum protrahit.

Porro si quis de Chaldaeis putet verum loqui, qui tot annorum numerum conscripserunt, tum justum erit (oportebit) eos et aliis ipsorum fallacibus historiis credere. Jam vero naturam hoc excedit superatque, et prorsus adeo fide non dignum est, etiamsi aliter intelligatur. Quod si quis haec ita esse censeat, sequitur, ut temporum quoque enarrationes (doctrinas) sine inquisitione non recipiat. Etenim si tot annorum millibus, qui juxta eorum chronographiam colliguntur, successores etiam (principatus) gentium temporis longinquitati congruentes proferrent, ac res aliquas et facinora interim facta longo temporum spatio consentanea, fortasse quis profecto (jure, merito) suspicaretur (ad verbum „huc illuc urgeretur, vacillaret“), aliqua certe illis veritas inesse possit. Jam vero si tot annorum myriades decem solummodo virorum imperio (concedendas) existimaverunt, quis non deliramenta fabulasque[3]) ejusmodi narrationes reputet? Fortasse olim nominati (dicti) Sari annos haud a nobis recensitos significent, sed aliud quoddam exigui temporis intervallum.

Etenim apud Egiptiorum majores lunares quidem

[1]) Verba „arm. v. Aramazd“ interpres arm. addidit.

[2]) N. „periisse“.

[3]) Copulam „que“ e conjectura Aucherii recepimus.

Τὸν δὲ Βῆλον, ὃν Δία μεθερμηνεύουσι, μέσον τεμόντα τὸ σκότος χωρίσαι γῆν καὶ οὐρανὸν ἀπ' ἀλλήλων, καὶ διατάξαι τὸν κόσμον. Τὰ δὲ ζῶα οὐκ ἐνεγκόντα τὴν τοῦ φωτὸς δύναμιν φθαρῆναι, ἰδόντα δὲ τὸν Βῆλον χώραν ἔρημον καὶ καρποφόρον κελεῦσαι ἑνὶ τῶν θεῶν τὴν κεφαλὴν ἀφελόντι ἑαυτοῦ τῷ ἀποῤῥυέντι αἵματι φυρᾶσαι τὴν γῆν καὶ διαπλάσαι ἀνθρώπους καὶ θηρία τὰ δυνάμενα τὸν ἀέρα φέρειν. Ἀποτελέσαι δὲ τὸν Βῆλον καὶ ἄστρα καὶ ἥλιον καὶ σελήνην καὶ τοὺς πέντε πλανήτας[1]). *Ταῦτά*[2]) *φησιν ὁ πολυΐστωρ Ἀλέξανδρος τὸν Βηρωσσὸν ἐν τῇ πρώτῃ φάσκειν. . . .*

ἐν δὲ τῇ δευτέρᾳ . . . .[3]) *τοὺς δέκα βασιλεῖς τῶν Χαλδαίων, καὶ τὸν χρόνον τῆς βασιλείας αὐτῶν, σάρους ἑκατὸν εἴκοσιν, ἤτοι ἐτῶν μυριάδας τεσσαράκοντα τρεῖς καὶ δύο χιλιάδας, ἕως τοῦ κατακλυσμοῦ . . .* Sync. 53, 6.

Οἱ γὰρ παρ' αὐτοῖς παλαιότατοι σεληναίους ἔφα-

cidisse confusionem opinatur AvG, quae etiam in Praeparationis evangelicae libro primo passim offendat. Ideoque leni mutatione (*τοιῶνδε* pro *τὸν δὲ*) adhibita pristinus verborum ordo restitui poterit hic: *γεγεννημένων τοιῶνδε, Βῆλον ὃν Δία — ἐν τῇ πρώτῃ φάσκειν· τοῦτον τὸν θεὸν ἀφελεῖν — μετέχειν.*

[1]) in *πλανήτας* deficere excerpta ex Oannis libro, et inde a *ταῦτά φησιν* rursus sequi ex Berosso excerpta notat AvG.

[2]) Ante transpositionem enuntiatorum factam scriptum fuisse *τὰ αὐτὰ* monet AvG.

[3]) lacunam indicat AvG.

dicebant (sc. annos), hoc est (videlicet) menstruos dies, dies XXX. continentes annos vocabant: et alii horas (*ὥρας*) tempora trimestria appellabant; tempora, inquam, (scil. tempestates anni) et mutationes trimestres juxta singulos annos pro anno reputabant. Conveniens ac congruum est (ut dicamus), quod Chaldaeorum quoque Sarus appellatus, tale quidpiam indicare voluerit.

Igitur ab Aloro qui primus eorum rex nominatus est, usque ad Xisuthrum decem generationes tantum enumerant, sub quo factum fuisse magnum diluvium narrant. In Hebraeorum quoque libris, X generationes (fuisse) ante diluvium Moses affirmat: etenim ab Hebraeis etiam tot virorum successiones a primo homine, qui ab iis refertur, usque ad diluvium singulatim describuntur. Verumtamen Hebraeorum historia X generationum annos numero fere duorum millium comprehendit. Assyriorum vero (historia) minute persequens (investigans) generationes earum numerum Mosis libro aequalem exhibet, non item tempora. Etenim decem (illi) generationes (illi) CXX Saros continere ajunt: quos annorum MMXLIII myriadum[1]) tempora conficere perhibent.

Jam vero tibi quoque, qui veritatis verbo incumbes, prope (facile) est ex his quidem quae diximus, per te intelligere, Xisuthrum eundem esse, qui ab Hebraeis No nuncupatur, sub quo magnum diluvium factum est; de quo etiam Polyhistoris liber praebet notitiam: de eo enim tale quidquam (hoc modo) scribit.

σκον εἶναι, τουτέστι[1]) *μηνιαίους, τοὺς ἐνιαυτοὺς, ἐξ ἡμηρῶν τριάκοντα συνεστῶτας· οἱ δὲ [μετὰ τούτους ἡμίθεοι*[2])] *ὥρους ἐκάλουν τοὺς ἐνιαυτοὺς τουτέστι*[3]) *τριμηναίους.* Sync. 74, 2.

Alexandri Polyhistoris de Diluvio ex eodem libro de quo dictum est.

„Otiarte defuncto, inquit, ejusdem filium Xisuthrum regnasse Saros XVIII[2]) atque sub eo factum esse magnum diluvium.“ Litteris autem mandans singillatim ita narrat.

„*Κρόνον* (Saturnum), inquit, quem patrem nuncupant Aramazdi (Jovis), alii vero Tempus (*Χρόνον*), ei (sc. Xisuthro) per somnum revelasse, die mensis Daesii[3]), scilicet Mareri decimoquinto, homines a diluvio exstinctum iri, (atque eidem) praeceptum

. . . *λέγει γὰρ ὁ αὐτὸς Ἀλέξανδρος, ὡς ἀπὸ τῆς γραφῆς τῶν Χαλδαίων αὖθις [παρακατιὼν*[4]) *ἀπὸ τοῦ ἐνάτου βασιλέως Ἀρδάτου ἐπὶ τὸν δέκατον λεγόμενον παρ' αὐτοῖς Ξίσουθρον] οὕτως· Ἀρδάτου δὲ τελευτήσαντος τὸν υἱὸν αὐτοῦ Ξίσουθρον βασιλεῦσαι σάρους ὀκτωκαίδεκα· ἐπὶ τούτου μέγαν κατακλυσμὸν γενέσθαι· ἀναγεγράφθαι δὲ τὸν λόγον οὕτως. Τὸν Κρόνον αὐτῷ κατὰ τὸν ὕπνον ἐπιστάντα φάναι μηνὸς Δαισίου πέμπτῃ καὶ δεκάτῃ τοὺς ἀνθρώπους ὑπὸ κατακλυσμοῦ δια-*

---

1) Z. ut supra pg. 11 et 16 e recta computatione codd. lectionem tacite corrigit.

2) N. „X“ A. item, sed superscriptum „VIII“.

3) N. G. A. „Dênius s. Daenius“. Auch. in E. e. gr. t. correxit „Daesii“, quam lectionem Z. recepit. Caeterum patet, verba „scilicet Mareri“ glossam esse interpretis Arm. s. scribae.

1) *τουτέστι* AvG., *‚τψ'* Cod.

2) *μετὰ τούτους ἡμίθεοι* additamentum Panodori e quo Syncellus haec sumpsit. AvG.

3) *τουτέστι* AvG, *τοὺς ψ'* Cod.

4) [*παρακατιὼν — Ξίσουθρον*] additamentum Syncelli. AvG.

dedisse, ut omnia prima, et media, nec non extrema voluminum effossa[1]) (s. infossa) in solis urbe (Heliopoli) Siparenorum[2]) deponeret, ut navim fabricaret, et cum consanguineis ac necessariis amicis ingrederetur; ut congereret intus esculenta et poculenta, feras quoque et volatiles quadrupedesque introduceret; atque omni cum apparatu ad navigandum expeditus fieret. Roganti autem quo navigandum? responsum: „ad deos, orandi causa, ut bona hominibus eveniant“. Nec praetermisit conficere opus fabricationis navis; cujus longitudo quindecim[3]) stadiorum erat, latitudo autem stadiorum duorum.

Cunctis itaque rebus apposite comparatis, uti praeceptum acceperat, (eum) uxorem et liberos, necessariosque amicos (ait) introduxisse.

Ingruente diluvio et confestim cessante volucres quasdam Xisuthrum emisisse, easque cum nihil invenissent pabuli, nec locum stationemve considendi, rursum in navim recepisse, sed post paucos (aliquot) dies iterum alias dimisisse aves, et eas quoque rursum in navim reversas ungues[4]) coeno oblitos gerentes. Tertio demum emisisse, nec ulterius navim repetiisse. Animadvertisse tunc Xisuthrum, terram detectam patere; dissolvisse aliquam tecti navis partem, ac vidisse navim delatam adhaesisse ad quemdam montem. Egressum (itaque) cum uxore ac filia una et navis architecto[5]) (gubernatore) in terra[6]) adorasse, atque ara exstructa, diis sacrificium obtulisse: ac postea cum iis, qui secum e navi egressi erant, ab oculis abiisse (evanuisse). Qui vero in navi remanserant, nec cum sociis Xisuthri egressi erant, deinde egredientes eum quaerebant, atque circumeuntes nomine inclamabant, vocabantque. Xisuthrum eis deinceps non comparuisse; sed sonus vocis ex aëre veniens, (illis) imperabat, oportere eos deorum cultores fieri. Se autem ob deorum cultum profectum inhabitare habitationem deorum; nec non uxorem et filiam et navis architectum (gubernatorem) eodem honore frui, atque monitum et mandatum dare, ut rursum Babilonem (ipsi) proficiscerentur, hoc enim deorum praeceptum, ut irent, atque ex Siparenorum urbe[7]), effossa (s. effo-

φθαρήσεσθαι. Κελεῦσαι οὖν διὰ γραμμάτων πάντων ἀρχὰς καὶ μέσα καὶ τελευτὰς ὀρύξαντα θεῖναι ἐν πόλει ἡλίου Σισπάροις, καὶ ναυπηγησάμενον σκάφος ἐμβῆναι μετὰ τῶν συγγενῶν καὶ ἀναγκαίων φίλων· ἐνθέσθαι δὲ βρώματα καὶ πόματα, ἐμβαλεῖν δὲ καὶ ζῶα πτηνὰ καὶ τετράποδα, καὶ πάντα εὐτρεπισάμενον πλεῖν. Ἐρωτώμενον δὲ ποῦ πλεῖ; φάναι, πρὸς τοὺς θεούς, εὐξόμενον[1]) ἀνθρώποις ἀγαθὰ γενέσθαι. Τὸν δ' οὖ παρακούσαντα ναυπηγήσασθαι[2]) σκάφος, τὸ μὲν μῆκος σταδίων δέκα πέντε[3]), τὸ δὲ πλάτος σταδίων δύο· τὰ δὲ συνταχθέντα πάντα συνθέσθαι, καὶ γυναῖκα καὶ τέκνα, καὶ τοὺς ἀναγκαίους φίλους ἐμβιβάσαι. Sync. 53, 19.

Γενομένου δὲ τοῦ κατακλυσμοῦ, καὶ εὐθέως λήξαντος τῶν ὄρνεων τινὰ τὸν Ξίσουθρον ἀφιέναι· τὰ δὲ οὐ τροφὴν εὑρόντα οὔτε τόπον ὅπου καθίσαι πάλιν ἐλθεῖν εἰς τὸ πλοῖον. Τὸν δὲ Ξίσουθρον πάλιν μετά τινας ἡμέρας ἀφιέναι τὰ ὄρνεα· ταῦτα δὲ πάλιν εἰς τὴν ναῦν ἐλθεῖν τοὺς πόδας πεπηλωμένους ἔχοντα. τὸ δὲ τρίτον ἀφεθέντα οὐκ ἔτι ἐλθεῖν εἰς τὸ πλοῖον. Τὸν δὲ Ξίσουθρον ἐννοηθῆναι γῆν ἀναπεφηνέναι· διελόντα τε τῶν τοῦ πλοίου ῥαφῶν μέρος τι, καὶ ἰδόντα προσοκεῖλαν τὸ πλοῖον ὄρει τινὶ ἐκβῆναι μετὰ τῆς γυναικὸς καὶ τῆς θυγατρὸς καὶ τοῦ κυβερνήτου προσκυνήσαντά τε[4]) τὴν γῆν καὶ βωμὸν ἱδρυσάμενον καὶ θυσιάσαντα τοῖς θεοῖς, γενέσθαι μετὰ τῶν ἐκβάντων τοῦ πλοίου ἀφανῆ. Τοὺς δὲ ὑπομείναντας ἐν τῷ πλοίῳ μὴ εἰσπορευομένων τῶν περὶ τὸν Ξίσουθρον ἐκβάντας ζητεῖν αὐτὸν ἐπὶ ὀνόματος βοῶντας· τὸν δὲ Ξίσουθρον αὐτὸν μὲν αὐτοῖς οὐκ ἔτι ὀφθῆναι, φωνὴν δὲ ἐκ τοῦ ἀέρος γενέσθαι κελεύουσαν, ὡς δέον αὐτοὺς εἶναι θεοσεβεῖς· καὶ γὰρ[5]) αὐτὸν διὰ τὴν εὐσέβειαν πορεύεσθαι μετὰ τῶν θεῶν οἰκήσοντα· τῆς δὲ αὐτῆς τιμῆς καὶ τὴν γυναῖκα αὐτοῦ καὶ τὴν θυγατέρα καὶ τὸν κυβερνήτην μετεσχηκέναι. εἶπέ τε αὐτοῖς ὅτι ἐλεύσονται πάλιν εἰς Βαβυλῶνα καὶ ὡς εἵμαρται αὐτοῖς ἐκ Σισπάρων ἀνελομένοις τὰ γράμματα διαδοῦναι τοῖς ἀνθρώποις· καὶ ὅτι ὅπου εἰσὶν ἡ χώρα Ἀρμενίας ἐστίν. Sync. 54, 17.

[1]) Eadem ambiguitas, quae in voce graeca; priorem significationem tuetur A., alteram Z.

[2]) N. G. E. „in solis urbe Siparenorum“, A. „Heliopoli Sipparenorum“, Z. „in solis urbe Siparis“.

[3]) Z. contra textum arm. cum graeco scribit „quinque“ pro „quindecim“.

[4]) A. Z. „pedes“.

[5]) A. sec. t. gr. „gubernatore“ omissa voce „navis“.

[6]) Sic exhibet text. Arm., sed A. et Z. „terram“.

[7]) Z. „Siparis urbe“, A. „Sipparenorum urbe“.

[1]) *εὐξάμενον* Cod., emend. interpunctionemque correxit AvG.

[2]) *ναυπηγήσαντα* Cod., corr. AvG.

[3]) *δέκα πέντε* AvG., cod. *πέντε*.

[4]) *τε* add. AvG.

[5]) *γὰρ* AvG, *παρ'* Cod.

dientes) volumina ibi recondita tollerent, hominibusque traderent, et locum illum, in quo egressi consisterent, Armeniorum esse regionem.

Ii autem haec omnia audientes victimas diis immolant (immolarunt), et pedibus (ait) Babilonem profectos esse. De nave autem illa (eo loco), quo iens substitit in Armenia[1], parvam hodieque aliquam partem in Corduaeorum montibus in terra Armeniorum remansisse, (tamquam) reliquias, dicunt; et quosdam naphtham (bitumen) qua navis oblita erat, abradentes deportare in sanationem, atque ad averruncandos languores (morbos, dolores) quosdam amuleti ratione[2]. Illos vero profectos Babelonem pervenisse, ac in Siparenorum[3]) urbe fodisse, et extraxisse volumen[4]); multas quoque urbes condidisse, et templa diis exstruxisse, iterumque Babelonem renovasse (restituisse)."

Atque cum his omnibus (praeterea) etiam de turris fabricatione Polyhistor consentiens cum Mosis libris, hoc modo ad syllabas usque commemorat.

Alexandri Polyhistoris de turris aedificatione.

„Sibilla dicit: unanimes (s. una lingua utentes) omnes homines turrim aedificabant (exstruxerunt) altissimam, ut in caelum ascenderent. Deus autem omnipotens ventum insufflans, turrim subvertebat (subvertit), et propriam unicuique linguam distribuebat (distribuit): ideoque urbis nomen Babilon vocabatur. Post diluvium autem Titan et Prometheus existebant (exstiterunt), ubi quidem Titan adversus Cronum (scil. Saturnum) certamen belli movebat." Atque de turris aedificatione haec tantum[5]).

Verum haec quoque Polyhistor (iis) adjiciens scribit: quod post diluvium Chaldaeorum regionem Evexius[6]) tenebat neris quatuor. Ac post eum filius ejus Chomasbelus[7]) imperium suscepit per neros quatuor, et sosos[8]) quinque. A Xisuthro vero, et a diluvio donec

Τους δὲ ἀκούσαντας ταῦτα θῦσαί τε τοῖς θεοῖς, καὶ πεζῇ[1]) *πορευθῆναι εἰς Βαβυλῶνα. Τοῦ δὲ πλοίου τούτου κατακλιθέντος ἐν τῇ Ἀρμενίᾳ ἔτι μέρος τι αὐτοῦ ἐν τοῖς Κορδυαίων*[2]) *ὄρεσι τῆς Ἀρμενίας διαμένειν, καί τινας ἀπὸ τοῦ πλοίου κομίζειν ἀποξύοντας ἄσφαλτον, χρᾶσθαι δὲ αὐτῇ*[3]) *πρὸς τοὺς ἀποτροπιασμούς. Ἐλθόντας οὖν τούτους εἰς Βαβυλῶνα τά τε ἐκ Σισπάρων γράμματα ἀνορύξαι καὶ πόλεις πολλὰς κτίζοντας, καὶ ἱερὰ ἀνιδρυομένους*[4]) *πάλιν ἐπικτίσαι τὴν Βαβυλῶνα.* Sync. 55, 16 — 56, 3.

. . . *ἀλλὰ καὶ Ἀλέξανδρος ὁ Πολυΐστωρ ὡς ἐκ Σιβύλλης*[5]) *τάδε φησὶ . . . Ἀλεξάνδρου τοῦ Πολυΐστορος περὶ τῆς πυργοποιΐας. Σίβυλλα δέ φησιν ὁμοφώνων ὄντων πάντων ἀνθρώπων τινὰς τούτων πύργον ὑπερμεγέθη οἰκοδομῆσαι, ὅπως εἰς τὸν οὐρανὸν ἀναβῶσι· τοὺς δὲ θεοὺς ἀνέμους ἐμφυσήσαντας*[6]) *ἀνατρέψαι αὐτοὺς, καὶ ἰδίαν ἑκάστῳ φωνὴν δοῦναι, διὸ δὴ Βαβυλῶνα τὴν πόλιν κληθῆναι. Μετὰ δὲ τὸν κατακλυσμὸν Τιτᾶνα καὶ Προμηθέα γενέσθαι· καὶ τα μὲν τῆς πυργοποιΐας Ἀλέξανδρος ταῦτα* . . Sync. 80, 19.

1) A. levissima mutatione in textu Pron. rel. posuit loco Conjunctionis, ac vertit „Navis autem, quae consedit in Armenia", eique adstipulatur Z. vertens „Ejus navigii, quod demum substitit in Armenia". Sed mutatione textus non opus habemus.

2) ad verbum „et ad amuleta depulsionis dolorum quorundam".

3) A. „Sipparenorum".

4) Z. „libros", sed in textu arm. Sing.

5) Verba „atque — tantum" in Cod. N. litteris minusculis scripta sunt.

6) Ad litteram „Euechsios"; sed est scribae erratum pro *Εὐήχοιος*, quod servavit Sync. p. 147, 17 (secundum codd. AB.). *Βαβυλωνίων βασιλεύοντος Σευηχόρου* Aelian. N. A. XII, 21, unde genuina nominis forma *Εὐήχορος* elici poterit. AvG.

7) A. „Comosbelus", Z. rectius „Chomasbelus". *Χομάσβηλος* Sync. p. 147, 17 (secundum cod. B.) AvG.

8) A. „sossos".

1) *πεζῇ* AvG, *πέριξ* Cod.

2) *Κορκυραίων* Cod., emend. AvG.

3) *αὐτὴν* Cod., emend. AvG.

4) *ἀνιδρυσαμένους* Cod., corr. AvG.

5) in Armen. ad syllabas usque *ὡς ἐκ Σιβύλλης*.

6) *τοῦ δὲ θεοῦ . . . ἐμφυσήσαντος* Cod., hoc corr. Aucher, illud Goar. firmantque Goari correcturam Josephus et Abydenus uterque Alexandrum Polyhistorem secuti; sed cum *ἐμφυσᾶν* transitive usurpatum offendat, *ἀμφισείσαντας* conicit AvG.

Medi Babelonem ceperunt, reges omnino LXXXVI Polyhistor recenset, atque unumquemque e Berosi volumine nominatim (a nomine) memorat: tempus vero omnium eorum numero annorum trium myriadum, et trium millium unius et nonaginta[1]) comprehendit. Deinde vero post hos in tali firma conditione inopinato Medi copias adversus Babelonem contraxerunt (comparabant, contrahebant), ceperunt (cepisse) eam, atque ex se ipsis tyrannos ibi constituerunt (constituisse[2]).

Deinde nomina quoque tyrannorum medorum ponit, VIII numero eorumque annos CCXXIV[3]) et rursum reges undecim, annosque[4])... Postea et Chaldaeorum reges XLIX, et annos CCCCLVIII. Deinde et Arabum IX reges, et annos CCXLV. Post quos annos etiam ipsam Samiramidem in Assyrios dominatam esse tradit. Atque iterum minute enumerat nomina regum XLV adsignans illis annos DXXVI. Post quos, inquit, rex Chaldaeorum exstitit, cui nomen Phulus est; quem iterum Hebraeorum quoque historia commemorat, Phulum denominans, de quo dicunt, quod in terram Hebraeorum invaserit.

Ac post eum, Senecheribum Polyhistor exstitisse (fuisse) regem ait; quem sub Ezekia[5]) rege, Prophetaque Esaia Hebraeorum libri regnasse commemorant. Ait (enim) Divina Scriptura ex ordine, quod „factum est in quarto decimo anno Ezekiae regis, ascendit Sinecherib[6]) rex Assyriorum super munitas urbes Judaeae, et cepit eas“. Et post totam historiam eidem adjungens dicit: „et regnavit Asordan filius ejus pro eo“. Atque rursus etiam ulterius progrediens eidem addit, quod „factum est in tempore illo, aegrotavit Ezekias“. Et ex ordine recenset, quod „tempore illo misit Marodach Baldan[7]) rex Babiloniorum legatos, et epistolas et munera Ezekiae“. Haec Hebraeorum libri.

Sed Sinecheribum[8]), et filium ejus Asordanum, ac Marodach Baldanum, Chaldaeorum quoque historicus commemorat: cum illis etiam Nabuchodonosorum, uti hic memoratus sermo est, de his (regibus) talibus verbis scripsit.

---

[1]) *ἐν τρισμυρίοις ἔτεσι καὶ ͵δϟ'* Sync. p. 147, 12, unde chiliadum numerum emendandum esse ostendit Niebuhr (Kl. Schr. I, 192). AvG.

[2]) Hic ubique fere interpres arm. modo Imperfectum modo Infinitivum ponit loco Perf. s. Aor. Ind.

[3]) Sic in textu N. G. A. E., sed G. et apogr. A. ad marginem posuerunt XXXIV, non vero CCXXXIV, uti Z. in nota ad h. l. scribit.

[4]) Hanc lacunam N. G. et ap. A. in margine explent numero XLVIII.

[5]) Z. ubique „Ezechia“.

[6]) Hoc loco scriptum est „Sinecherib“.

[7]) A. e gr. t. in versione hic et infra scripsit „Baladan“.

[8]) Z. hic ut supra scribit „Senecherib“.

Ejusdem Alexandri de Senecheribo et de Nabuchodonosoro, atque de eorum rebus gestis ac virtutibus.

„Postquam regnasset frater Senicharibi[1]), et postquam Akises Babeloniis dominatus esset, et nec dum triginta quidem diebus regnum tenuisset, a Marodach Baldano occisus est; et Marodach Baldanus per vim (regnum) tenebat sex mensibus: eum vero interficiens quidam, cui nomen erat Elibus, regnabat. Verum tertio regni ejus anno, Senecheribus[2]) rex Assyriorum exercitum conflabat adversus Babelonios, praelioque cum iis commisso vincebat, et captum eum una cum amicis in terram Assyriorum perduci jubebat. Babeloniis (ergo) dominatus, regem eis filium suum Asordanium[3]) constituebat; ipse vero recedens, terram Assyriorum petebat.

Quum ille fama accepisset, Iones (Graecos) in Cilicum terram belli movendi causa pervenisse, eo contendebat, aciem contra aciem instruebat, ac multis (quidem) de suo exercitu caesis hostes (tamen) bello vincebat, atque (in) victoriae monumentum imaginem suam eo in loco erectam relinquebat, Chaldaicisque litteris fortitudinem ac virtutem suam ad futurorum temporum memoriam incidi jubebat. Et Tarsum urbem, inquit, ille ad similitudinem Babelonis condidit, nomenque urbi imponebat Tharsin.“ Et post alia omnia facta Sinecherimi[4]) illud quoque addens, ait „eum XVIII annis stetisse[5]) (in imperio), et structis ei insidiis a filio suo Ardumuzano[6]) e vita excessisse“. Haec Polyhistor.

Verum et tempora utique consentiunt verbis a Divina Scriptura dictis. Etenim sub Ezekia „regnavit Sinecherim, ut Polyhistor exponit, annis XVIII, et post eum ejusdem filius annis VIII. Postea vero Sammuges[7]) annis XXI et ejusdem frater annis XXI. Ac deinde Nabupalsar[8]) annis XX et post eum Nabukodrossorus annis XLIII.“ A Sinecherimo usque ad Nabukodrossorum comprehenduntur anni omnino LXXXVIII.

Juxta vero Hebraeorum libros, si quis diligenter exquirat, iisdem similia (eidem simile) comperit. Si

---

1) A. in versione „Senecharibi“. Z. ut alibi „Senecheribi“.

2) A. in versione „Sennecheribus“.

3) „Asordanios“ vetus mendum esse pro „Asornadios“ propter Canonem Ptolemaei suspicatur AvG.

4) A. in versione „Sinnecherim“. Z. ut in proxime sequentibus „Senecherim“.

5) Sic N., sed G. A. E. „vixisse“.

6) A. in versione „Ardumusan“.

7) Z. „Sammughes“. — Infra A. in textu „Samoges“, quod genuinum esse propter Μόγης in Χρονογρ. συντ. ap. Mai, Scriptt. vett. n. coll. I, 2 p. 31 monet AvG.

8) Z. „Nabupalasarus“.

quidem post Ezekiam, qui reliqui fuerant Judaeis (Hebraeis) imperat Manases[1]) Ezekiae filius, annis LV ac deinde Amos annis XII, et post eum Josias annis XXXI, postea vero Joakim[2]): cujus regni initio adveniens Nabuchodonosor, obsedit Jerusalem, captivosque Judaeorum (Hebraeorum) Babelonem duxit. Fiunt (numerantur) autem ab Ezekia usque ad Nabuchodonosorum anni LXXXVIII, quot (annos) et Polyhistor ex chaldaico commentario (s. historia) computavit.

Et post haec omnia denuo res quasdam et facta Senecheribi Polyhistor refert; deque ejus filio eodem modo quo Hebraeorum libri, meminit, singillatimque cuncta recenset. Atque Pythagoram sapientem eodem tempore sub iis fuisse ajunt. „Post Samugem (vero) Sardanapallus Chaldaeis[3]) regnavit annis XXI.

Hic exercitum ad Ashdahak[4]) Medorum principem ac satrapam auxilio misit, ut Amuhean[5]) Ashdahaki filiam unam[6]) Nabukodrossoro filio suo uxorem acciperet (desponderet). Ac deinde regnavit Nabukodrossorus annis XLIII, et contractis copiis veniens captivos duxit Judaeos et Phoenices ac Syros." Quod vero in hac etiam re cum Hebraeorum scriptis consentiat Polyhistor, opus non erit multis verbis (ad probandum).

„Et post Nabukodrossorum regnavit filius ejus Amilmarudochus, annis XII"; quem Hebraeorum historia Ilmarudochum[7]) appellat. „Postque illum, inquit Polyhistor, Chaldaeis imperavit (regnavit) Neglisarus annis IV et postea Nabodenus[8]), annis XVII. Sub quo Cyrus Cambysis (filius) exercitum congregavit contra terram Babeloniorum. Cui obviam ivit Nabodenus, atque victus (cladi traditus) aufugiebat (fugitivus fiebat): et regnabat Babelone Cyrus annis IX. Deinde in campo Daas[9]) alio certamine inito periit (peribat). Post quem Cambyses regnat annis VIII ac deinde Dareh[10]) annis XXXVI, post quem Xerxes, caeterique Persarum reges."

Porro sicuti Berosus de regno Chaldaeorum breviter singula tradit, item et Polyhistor eodem modo describit. Ex quibus patet, Nabuchodonosorum copias comparavisse, et cepisse (captivos duxisse) Judaeos: ab isto vero usque ad Cyrum Persarum regem septua-

Τοῦτον ὁ Πολυΐστωρ Ἀλέξανδρος[1]) *Σαρδανάπαλλον καλεῖ, πέμψαντα πρὸς Ἀστυάγην*[2]) *σατράπην Μηδείας, καὶ τὴν θυγατέρα αὐτοῦ Ἀμυΐτιν*[3]) *λαβόντα νύμφην εἰς τὸν υἱὸν αὐτοῦ Ναβουχοδονόσωρ.* Sync. 396, 1.

---

1) A. et Z. „Manasses".
2) A. et Z. „Joachim".
3) A. „Chaldaeus".
4) A. in versione ubique sec. gr. „Astyages", Z. „Asdahages".
5) Z. h. l. et infra „Amuhiam".
6) i. e. ut Z. vertit „e filiabus As. unam".
7) A. in versione „Ilmarodochum".
8) N. G. „Nabudenus", A. E. „Nabodenus", Z. „Nabonedus".
9) Z. „in planitie Daharum".
10) A. in versione et Z. „Darius".

1) Jam Syncellum lacunoso Eusebi textu hoc loco usum esse monet AvG.
2) *Ἀστυάρην* genuinam scripturam fuisse demonstrat AvG ex Alexandro Polyh. apud Euseb. praep. ev. 9, 39 ubi Astibares Nabuchodonosoris socius vocatur.
3) *Ἀμυΐτην* Cod., corr. ex Armenio AvG.

ginta annorum tempus comprehenditur. Atque Hebraeorum historia cum his consentit, quod (nempe) LXX annis in captivitate fuerint, a primo anno Nabuchodonosori, si computes Judaeorum captivitatem, usque ad Cyrum Persarum Regem.

Id ipsum et Abidenus[1]) in historia Chaldaeorum cum his consentiens declarat: quoniam hic quoque eodem modo quo Polyhistor, haec enarrat.

Abideni de primo Chaldaeorum Regno.

„De Chaldaeorum quidem sapientia haec tantum. In ea vero regione (terra) regnasse primo dicunt Alorum. Sed de eo ipso hoc tantum referunt, quod eum populi pastorem providentissimus Deus indicavit; qui regnavit saros X. Sarus autem constat MMMDC annis, et Nerus DC. Sosus vero LX[2]). Post eum dominatus est Alapaurus[3]): post quem Almelon ex urbe Pautibiblon[4]); sub quo secundus Anidostus, Oani similis, e mari emersit; cujus semideorum heroum (e diis progenitorum) figura erat. Post quem Ammenon: post quem Amegalarus: tum Daonus (Davonus) pastor; sub quo quatuor biformes e mari in siccum proruperunt, Jodokus, Eneugamus, Eneubolus[5]), et Anementus[6]). Et sub Edorescho, qui post eum regnavit, Anodaphus (apparuit). Post quem alii dominati sunt, et Xisuthrus.“ Quum itaque memoratus historiographus in his cum Polyhistore conveniat, de diluvio quoque eodem modo scribit.

. . λέγει γὰρ ὁ Ἀβυδηνὸς[1]) *συνᾴδων μὲν, οὐκ ἐν πᾶσι δὲ, τῷ Ἀλεξάνδρῳ. Ἐκ τῶν Ἀβυδηνοῦ περὶ τῆς τῶν Χαλδαίων ἱστορίας. Χαλδαίων μὲν τῆς σοφίης πέρι τοσαῦτα· βασιλεῦσαι δὲ τῆς χώρας πρῶτον λέγουσιν*[2]) *Ἄλωρον. τὸν δὲ ὑπὲρ ἑωϋτοῦ λόγον διαδοῦναι ὅτι μιν τοῦ λεὼ ποιμένα ὁ θεὸς ἀποδεῖξαι· βασιλεῦσαι δὲ σάρους δέκα· σάρος δέ ἐστιν ἑξακόσια καὶ τρισχίλια ἔτεα, νῆρος δὲ ἑξακόσια, σῶσσος δὲ ἑξήκοντα. Μετὰ δὲ τοῦτον Ἀλάπαρον ἄρξαι [σάρους τρεῖς]· μεθ' ὃν Ἀμίλλαρος ἐκ πόλεως Παυτιβιβλίας*[3]) *ἐβασίλευσε [σάρους ιγ']· ἐφ' οὗ δεύτερον Ἀννήδωτον τὴν θάλασσαν ἀναδῦναι παραπλήσιον Ὠάννῃ τὴν ἰδέαν ἡμιδαίμονα· μεθ' ὃν Ἀμμένων [ἐκ Παυτιβίβλων ἦρξε σάρους ιβ']· μεθ' ὃν Μεγάλανος [ἐκ Παυτιβίβλων ἦρξε σάρους ὀκτωκαίδεκα]· εἶτα Δαὼς ποιμὴν [ἐκ Παυτιβίβλων ἐβασίλευσε σάρους δέκα]· ἐφ' οὗ δ' διφυεῖς γῆν ἐκ θαλάσσης ἀνέδυσαν, ὧν τὰ ὀνόματα ταῦτα, Εὐέδωκος, Ἐνεύγαμος, Ἐνεύβουλος, Ἀνήμεντος· ἐπὶ δὲ τοῦ μετὰ ταῦτα Εὐεδωρέσχου, Ἀνώδαφος· μεθ' ὃν ἄλλοι τε ἦρξαν καὶ Σίσουθρος ἐπὶ τούτοις, [ὡς τοὺς πάντας εἶναι βασιλεῖς δέκα, ὧν ὁ χρόνος τῆς βασιλείας συνῆξε σάρους ἑκατὸν εἴκοσι].* Sync. 68, 21.

Abideni de Diluvio.

„Post quem alii dominati sunt, et Xisuthrus; cui Cronus (sc. Saturnus) pluviarum copiam (die) quinto (supple, decimo) mensis Desii, [qui est Mareri,][7]) fore praenuntiavit. Jubet omnia volumina in solis urbe (Heliopoli) Siparenorum abscondi. Et cum Sisithrus hoc absolute perfecisset, et jam sublatis velis in Armeniam vehi navigio vellent, inopinato nautae (eo) pervenerunt (perveniebant) a Deo (sc. Deo ducente).

Μεθ' ὃν ἄλλοι τε ἦρξαν καὶ Σίσιθρος, τῷ δὴ Κρόνος προσημαίνει μὲν ἔσεσθαι πλῆθος ὄμβρων Δεσίου πέμπτῃ ἐπὶ δέκα· κελεύει δὲ πᾶν ὅ τι γραμμάτων ἦν ἐχόμενον ἐν Ἡλίου πόλει τῇ ἐν Σιππαρηνοῖς[4]) *ἀποκρύψαι. Σίσιθρος δὲ ταῦτα ἐπιτελέα ποιήσας, εὐθέως ἐπ' Ἀρμενίης ἀνέπλωε, καὶ παραυτίκα μιν κατελάμβανε τὰ ἐκ τοῦ θεοῦ. Τρίτῃ δὲ ἡμερέῃ*[5]), *ἐπεί τε ὗων ἐκόπασε, μετίει τῶν ὀρνίθων πείρην ποιεύμενος εἴ κου γῆν ἴδοιεν τοῦ*

---

[1]) Z. ubique „Abydenus“.

[2]) N. „LXV“, ad marginem „LXVII“, G. E. „LX“, A. „LXV“, sed „V“ erasum.

[3]) Z. „Alaparus“ contra textum arm.

[4]) Z. „ex urbe Pantibiblis“.

[5]) A. in versione „Annidotus“, text. arm. „Anidostus“, Z. „Anidotus“. A. et Z. „Oanni“.

[6]) A. in versione „Iodochus — Eneubulus“, Z. „Iotagus — Enebulus“.

[7]) Glossa interpretis arm.

---

[1]) In sequentibus Syncellum supplevisse ex Apollodoro apud Eusebium [supra pg. 10] numeros regnorum quos Eusebius passim omisit, monuit AvG, quem secutus, quae non Eusebi sunt, uncis inclusi.

[2]) *λέγουσιν* AvG, *λέγων* Cod.

[3]) *Παυτιβίβλιος* Cod., corr. AvG.

[4]) *Σιππαρηνοῖς* AvG, *Σιππάροισιν* Praep. ev. *Σισπόροισιν* Sync.

[5]) *ἡμέρῃ* e Praep. ev. restitui iubet AvG.

Tertia die cum imbres remitterent, aliquas aves ex avibus emisit (emittebat), attente exspectans, num terram emersam (separatam) a multitudine aquarum cernere possint. Illae vero se circumagentes per immensum undique extensum mare fluctuosum, nusquam pedum quietem inveniebant, (atque) reduces ad Sisithrum remeabant. Quiescens autem tribus aliis diebus, rursum emisit (emittebat); at illae redeuntes, ungues coeno oblitos gerebant. Et illico dii ex hominibus eum subducebant; ac navis in terram Armeniae delata consistebat, atque ex lignis suis medicinam salutarem (auxilii) regionem incolentibus praebebat."

ὕδατος ἐκδῦσαν· αἱ δὲ ἐκδεκομένου σφέας πελάγεος ἀχανέος[1]*), ἀπορέουσαι ὅκη καθορμίσονται, παρὰ τὸν Σίσιθρον ὀπίσω κομίζονται, καὶ ἐπ᾽ αὐτῇσιν ἕτεραι. Ὡς δὲ τῇσι τρίτῃσιν εὐτύχεεν, ἀπίκατο γὰρ δὴ πηλοῦ κατάπλεοι τοὺς ταρσοὺς, θεοί μιν ἐξ ἀνθρώπων ἀφανίζουσιν, τὸ δὲ πλοῖον ἐν Ἀρμενίῃ περίαπτα ξύλων ἀλεξιφάρμακα τοῖσιν ἐπιχωρίοισι παρείχετο.* Euseb. praep. ev. 9, 12 coll. Sync. 70, 2—15.

Quod igitur his Abidenus quoque eadem verborum forma de diluvio cum Hebraeorum historia conveniat, omnibus, ut mihi videtur, manifestum est. Sin vero historici (illi), quia Graeci erant aut Chaldaei, proindeque alio nomine No nuncuparunt, Xisuthrum vocantes, minime oportet id mirari. Et quod deos suo more pro Deo appellarunt, et de columba siluerunt, et aves promiscue nominaverunt, ne illud quidem nos valde mirari oportet. Porro haec Abidenus in Chaldaeorum historia de diluvio. Idem et de turris fabricatione consentiens cum Mosis historia scribit in hunc modum.

Abideni de Turris aedificatione.

„In quo (statu, vel tempore) dicunt fuisse primos (homines) viribus et corporum proceritate negligenter (s. insolenter) se gerentes (tumentes), adeo ut deos quoque aspernarentur, et flocci facerent (s. ad inutilia, indigna, mala abducerentur). Coeperunt (incipiebant) altissimam turrim (arcem) erigere, quae nunc Babelon vocatur; quum autem proximè ad caelos deorum (eam) perducerent, venti deinceps diis auxiliantes irruebant, et mechanicum illud imbecillium (s. gigantum) opus subvertebant, et humi prostratum Babelon nominabatur. Qui (quidem) ad illud usque tempus unius labii, ejusdem(que) linguae erant; et a diis multimoda mixtarum linguarum perturbatio in eos, qui conspiraverant (s. una lingua utebantur), veniens penetravit. Ac deinde Kro-

Ἀβυδηνοῦ περὶ τῶν αὐτῶν. Ἐν τῇ δ΄[2]*) λέγουσι τους πρώτους ἐκ γῆς*[3]*) ἀνασχόντας ῥώμῃ τε καὶ μεγέθει χαυνωθέντας καὶ δὴ θεῶν καταφρονήσαντας ἀμείνονας εἶναι τύρσιν ἠλίβατον ἀείρειν, ᾗ*[4]*) νῦν Βαβυλών ἐστιν, ἤδη τε ἆσσον εἶναι τοῦ οὐρανοῦ. Καὶ τοὺς ἀνέμους θεοῖσι βωθέοντας ἀνατρέψαι περὶ αὐτοῖσι τὸ μηχάνημα· τοῦ δὴ τὰ ἐρείπια λέγεσθαι Βαβυλῶνα. Τέως δὲ ὄντας ὁμογλώσσους ἐκ θεῶν πολύθροον φωνὴν ἐνείκασθαι*[5]*). μετὰ δὲ Κρόνῳ*[6]*) καὶ Τιτῆνι συστῆναι πόλεμον.* Sync. 81, 11 — 82, 2 coll. Euseb. Praep. Ev. 9, 14, 2.

---

1) *ἀμφιχανέος* Eus. praep. ev., correxit Sync. aut (quae Gutschmidii suspicio est) notius vocabulum exquisitiori substituit.

2) *ἐν τῇ δὴ* Praep. ev. et Sync., *ἐντὶ δ' οἱ* Scal. De *γενεαῖς* post diluvium Abydenum verba fecisse et scripsisse *ἐν τῇ δ̄ῇ* (i. e. *τετάρτῃ*) conicit AvG, qui scriptorem cum Genesi consentire monet: biennio enim post diluvium natus est Arphaxad, qui genuit Sale, de quo ortus est Heber; is autem genuit Phaleg, in cuius diebus divisa est terra.

3) *ἐκ γῆς*, quo carere non possumus, addit Praep. ev.

4) *ᾗ* Sync. A, *ἵνα* Eus. Praep.

5) *ἐνέγκασθαι* Sync. A, corr. Scal. ex Eus. Praep.

6) *τε* inserit Sync.

nos et Titan inter se bellum movebant[1]." Praeterea idem vir de Sinecheribo[2]) meminit hoc modo.

Abydeni de Sinecherimo[3]).

„Hoc tempore vicesimus quintus utique Sinecherib[4]) tandem ex regibus (regnantibus) inventus est (inveniebatur), qui Babelonem sub ditionem (manum suam) redigens subegit (subigebat), et in maris litore terrae Cilicum classem navali proelio certantem navium Graecorum (Ionum) profligans vicit (vincebat); conditque (condebatque) templum Atheniensium, columnas aereas erexit (erigebat), litterisque sane, inquit, fortia sua facinora insculpsit (insculpebat); et Tarsum ad figuram et similitudinem (modum) Babelonis aedificavit (aedificabat), ita ut et per mediam Tarsum Cydnus fluvius transiret, quomodo Arazanis (i. e. Euphratis more) per mediam Babelonem.

Deinceps autem post eum Nergilus regnavit, qui a filio[5]) Adramelo est interemptus (interimebatur)[6]): at hunc ejusdem frater Axerdis ex eodem (uno) patre, non autem ex eadem matre, occidit (occidebat); et exercitum persequutus in Byzantinorum[7]) urbem injecit (injiciebat). Qui primus (s. primum) mercenarios milites auxilio sibi collegit (colligebat)[8]), quorum unus Pythagoras erat, Chaldaeorum sapientiae discipulus. Axerdis autem Egiptum partesque Syriae inferioris[9]) (s. Coelesyriae) capiens acquisivit (acquirebat); ex qua[10]) Sardanapallus quoque erat.

Post quem[11]) Saracus Assyriis imperavit (impe-

---

[1]) Z. „Saturnus cum Titano proelio certabat". Sed tota verborum structura flagitat, ut legatur „*et* (jev) Titan" pro *cum* ('i) Titane", licet haec lectio a codd. non confirmetur

[2]) N. „de Senecheribo".

[3]) N. „de Senecherimo".

[4]) Cum numerus a Berosiano toto coelo distet, vetus latere mendum et Abydenum, qui cum Beroso consentire solet, tradidisse Sinecheribum regnasse anno XXV. post Babylonicum Phuli regnum, collato Beroso qui proxime post-Phulum Sinecheribum profert, suspicatur AvG.

[5]) s. „a filio Adrameli". N. „a filiis Adrameli". A. item in textu apographi, sed in margine et ed. „a filio".

[6]) Transpositione hoc turbatum esse et apud Abydenum ita fuisse: „Qui a filio Adramelo est interemptus. Deinceps autem post eum Nergilus regnavit", coll. II. Reg. 19, 37 monet AvG.

[7]) *Βυζαντίων* vetus mendum esse pro *Βιζανιτῶν* omninoque constare Abydeno cum libris Regum conicit AvG, qui *Βιζανὰ* Armeniae civitatem a Procop. de aedif. III, 4—5 p. 254—256 (ed. Dind.) commemorari adnotat.

[8]) Z. contra textum arm., quem obscurum censet, vertit: „quem (sc. exercitum) antea mercede conduxerat auxiliarem".

[9]) Z. minus recte „partesque inferiores Syriae".

[10]) ἐξ ἧς legisse interpretem pro ἑξῆς monet AvG.

[11]) N. G. et ap. A. in textu exhibent „post quos", in margine vero „post quem", quam lectionem jure E. A. Z. tuentur.

rabat), et (qui) certior factus, quod exercitus locustarum instar (numerosus) e mari exiens impetum faceret, Busalossorum[1]) ducem confestim Babelonem misit (mittebat).

Ille autem consilio rebellionis inito Amuheam[2]) Ashdahaki (Astyagis) Medorum principis filiam Nabukodrossoro[3]) suo filio uxorem despondit (despondebat). Ac deinde[4]) protinus discedens contendebat aggredi Ninum, id est, urbem Ninue (Ninive). Cum autem de his omnibus certior est factus Saracus Rex, concremavit (concremabat) regiam aulam Evoriti[5]). Nabukodrossorus verò accipiens regni imperium, valido muro Babelonem cinxit (cingebat).

His dictis, quaecumque etiam de Nabukhodonosoro referuntur, cum Hebraeorum libris consentiens Abidenus digerit in hunc modum.

Οὗτος στρατηγος ὑπὸ Σαρακὸς[1]) *τοῦ Χαλδαίων βασιλέως σταλεὶς, κατὰ τοῦ αὐτοῦ Σαρακὸς εἰς Νίνον ἐπιστρατεύει· οὗ τὴν ἔφοδον πτοηθεὶς ὁ Σαρακὸς ἑωϋτὸν*[2]) *σὺν τοῖς βασιλείοις ἐνέπρησε, καὶ τὴν ἀρχὴν Χαλδαίων καὶ Βαβυλῶνος παρέλαβεν ὁ αὐτὸς Ναβοπαλάσαρος ὁ τοῦ Ναβουχοδονόσωρ πατήρ.* Sync. 396, 4—8 ad sensum.

Abideni de Nabukhodonosoro.

„Nabukodrossorus imperium accipiens, Babelonem muro et triplici vallo circumdedit (circumdabat), quindecim ferè dierum tempore; et Armakalem fluvium ex Arazane (Euphrate) evehens derivavit (derivabat, educebat); puteumque clivi, qui juxta Siparenorum urbem situs erat, circumfodit XL. parasangas (sc.

Εὗρον δὲ καὶ ἐν τῇ Ἀβυδηνοῦ περὶ Ἀσσυρίων γραφῇ περὶ τοῦ Ναβουχοδονόσορ ταῦτα Euseb. Praep. Ev. 9, 41, 1. *Ναβουκοδρόσορος*[3]) *δὲ διαδεξάμενος τὴν ἀρχὴν, Βαβυλῶνα μὲν ἐτείχισε τριπλῷ περιβόλῳ ἐν πεντεκαίδεκα ἡμέρῃσι, τόν τε Ναρμαλᾶκιν*[4]) *ποταμὸν ἐξήγαγεν, ἐόντα κέρας Εὐφρητέω, [τόν τε Ἀκρά-*

---

1) Busalossoros Armenior. AvG opinatur pro *Βουπαλόσσορος* scriptum esse, quod ex Armeniar. litterarum natura explicatur. Similiter apud Arabes pro Nabuchodonosor haberi formam breviatam Buchtnaçr monet AvG. In ap. Const. legitur „Busalonosorus".

2) Textus arm. hic ut supra p. 29, 17 formam gr. Acc. „Amuhean" exhibet. quam formam AvG inde natam esse suspicatur, quod Armen. interpres pro *Ἀμυΐτην* vel quod genuinum est, *Ἀμΰιτιν* legerit *Ἀμουῖτιν* (fort. ex *Ἀμυεῖτιν* corruptum), quod pro vocabulo ethnico falso acceperit, quasi ex *Ἀμύα* oriundam quandam significaret.

3) A. et ap. A. exhibet „Nabuchodrossoro".

4) „Deinde" non legitur in cod. N.

5) Hic locus crux est interpretum. Primo enim vox arm. „hrog" (non „rhok" ut Z. scribit) inaudita est; deinde nescitur, quid sibi velit „Evoritah (Evoritai)". Sed „hrog", cujus loco A. legere vult „hrosig", formâ tantum differt ab „hur" i. e. „ignis", ut „norog" a „nor" et „phorog" a „phor"; pro „Evoritah (Evoritai)" vero levi litterarum majuscularum mutatione legi posset „Aroitah (Aroitai)", ac vertendum igitur esset „inflammabat (ignem reddebat) regiam Aroitae" i. e. Amuheae cf. supra p. 29, 17. ed. A. in nota et p. 58, not. 2. — aut, quod magis arridet, quum historiae magis conveniat, legatur „jev wov s. wor i nma", ac vertendum „(concremabat regiam) et qui in ea". A. „concremavit regiam aulam Evoriti". Z. „regiam Evoritam inflammabat". — A. v. Gutschmid felicissime ut mihi videtur, coniecit, verba: ‘concremavit regiam *Evoriti*’ nata esse ex: *ἑωϋτοῦ* (ion. pro *ἑαυτοῦ*) sive potius *ἑωϋτὸν*. cf. Sync. p. 396, 6.

1) AvG confert *Σαχερδονὸς* Tobit 1, 21 ex Asarhaddonasar breviatum.

2) *ἑαυτὸν* Sync. AB, emend. AvG, Armenior. Evoritah sive Evoritai inde natum esse suspicatus.

3) *Ναβουχοδονόσορος* Eus. Praep. Ev., corr. AvG.

4) *Ἀρμακάλην* Eus. Pr. Ev., corr. AvG.

latitudine) et altitudine (profunditate) xx. ulnarum (s. passuum); et portas exstruxit, quae aperirentur, totamque planitiem irrigarent; nomen autem portarum Ekhetognomonas[1]) vocatur: quasi quandam voluntatem et affectum (propensionem) ex semetipsis habeant. Munivit etiam litus maris rubri contra fluctuum tempestates[2]). Et Teredonem[3]) urbem condidit in Arabum regionis aditu (introitu). Item regiam novellis arborum plantis exornavit, appellavitque nomine (nomen) Hortos pensiles.“ Deinde verò singulatim explicationem profert nominati pensilis horti:

„quem, inquit, et Graeci (unum) de septem nominatis insignibus (et) miris aedificiis habent.“

κανον][1]). *ὑπὲρ δὲ τῆς Σιππαρηνῶν πόλιος λάκκον ὀρυξάμενος, περίμετρον μὲν τεσσαράκοντα παρασαγγέων, βάθος δ' ὀργυιέων εἴκοσι, πύλας ἐπέστησεν, τὰς ἀνοίγοντες ἄρδεσκον τὸ πεδίον· καλέουσι δ' αὐτὰς ὀχετογνώμονας*[2]). *Ἀπετείχισε δὲ καὶ τῆς ἐρυθρῆς θαλάσσης τὴν ἐπίκλυσιν, καὶ Τερηδόνα πόλιν ἔκτισεν κατὰ τὰς Ἀράβων εἰσβολάς· τά τε βασιλήϊα δένδροις ἤσκησε, κρεμαστοὺς παραδείσους ὀνομάσας* ... Euseb. Praep. Ev. 9, 41, 7. 8.

Et rursum altero in loco idem vir ita narrat. „Universum, inquit, a principio aqua erat, quae appellabatur mare; et Belus coercebat eas (aquas): et singulis (unicuique) regiones distribuebat (distribuens dabat), nec non Babelonem muri ambitu muniebat (muniens circumdans fortificabat): quum vero satis longi temporis praeteriisset (sufficientia tempora transgressa durarent, i. e. transgressa essent), evertebatur. Quam[4]) (cujus sc. munitiones) rursus Nabukodrosorus muris cingebat, et permanebat (perdurabat, sufficiebat) ad Macedonum usque imperii tempora cum portis aeneis (ex aere factis).“

Καὶ περὶ τοῦ κτίσαι δὲ τὸν Ναβουχοδονόσορ τὴν Βαβυλῶνα ὁ αὐτὸς ταῦτα γράφει. Λέγεται δὲ πάντα μὲν ἐξ ἀρχῆς ὕδωρ εἶναι, Θάλασσαν καλεομένην· Βῆλον δέ σφε[3]) *παῦσαι, χώρην ἑκάστῳ ἀπονείμαντα, καὶ Βαβυλῶνα τείχει περιβαλεῖν· τῷ χρόνῳ δὲ τῷ ἱκνευομένῳ ἀφανισθῆναι· τειχίσαι δὲ αὖθις Ναβουκοδρόσορον*[4]) *τὸ μέχρι τῆς Μακεδόνων ἀρχῆς διαμεῖναν ἐὸν χαλκόπυλον.* Euseb. Praep. Ev. 9, 41, 5. 6.

Cuncta Abidenus aeque ac Daniel conscribit; in quo (sc. in libro Danielis) de Nabukhodonosoro loquendo narratur, quod superbiens animoque elatus dixerit: „Nonne haec est Babelon magna, quam ego aedificavi in habitationem regni robore fortitudinis meae, et in honorem gloriae meae.“ (Dan. IV, 27.)

Καὶ ταῦτα δέ μοι ἀπὸ τῆς δηλωθείσης κείσθω γραφῆς, διὰ τὸ φέρεσθαι ἐν τῇ τοῦ Δανιὴλ προφητείᾳ, ὡς ἄρα Ναβουχοδονόσορ ἐν τῷ ναῷ τῆς βασιλείας αὐτοῦ τῷ ἐν Βαβυλῶνι περιπατῶν, μέγα φρονήσας, ἀπηυθαδίσατο εἰπών· οὐχ αὕτη ἐστὶ Βαβυλὼν ἡ μεγάλη, ἣν ἐγὼ ᾠκοδόμησα εἰς οἶκον βασιλείας, ἐν τῷ κράτει τῆς ἰσχύος μου, εἰς τιμὴν τῆς δόξης μου; Euseb. Praep. Ev. 9, 41, 9. 10.

Quod autem imperium suae felicitatis testimonium praebebat (praebuerit) hujusmodi verbis a Daniele propheta de Nabukhodonosoro dictum est; audi et Abidenum: „fortior etiam Herakle erat“, inquit; qui et talibus verbis scribit[5]).

---

[1]) vox graeca in Acc. posita.

[2]) ad verbum „litus tempestatum fluctuum maris rubri“ i. e. maris rubri tempestuosi (procellosi). A., quem Z. sequitur, legendum censet „hagheatz (jagheatz)“ i. e. „a fluctuum tempestatibus s. contra fl. temp.“ pro „agheatz“ i. e. „fluctuum tempestatum“.

[3]) N. „Terevedonem“, sed in margine habet „jev erasum“. Porro N. exhibet „paschineatz“, quod sensu caret, et in margine „pa erasum“ pro „schineatz“ i. e. „condidit“.

[4]) G. E. „quorum s. quarum“, quod quo referendum sit, non liquet. Rectius N. „cujus“ sc. urbis munitiones (ex antecedentibus supplendum).

[5]) Verba „audi“ usque ad „scribit“ a seriori manu scripturâ vulgari addita sunt in cod. N.

---

[1]) *τόν τε Ἀκράκανον* verbis cum apud interpretem una vox „clivi“ respondeat, gravius huic loco mendum subsidere olimque scriptum fuisse *τόν τ' ἐν Ἄκρᾳ καινόν* opinatur AvG, qui de Acra oppido trans Tigrim sito conferri iubet Arrianum ap. Steph. v. *Ἄκρα*.

[2]) *ἐχετογνώμονας* Eus. Pr. Ev., corr. AvG.

[3]) *σφεα* Eus. Pr. Ev., corr. AvG.

[4]) *Ναβουχοδονόσορον* Eus. Praep. Ev., corr. AvG.

„Megasthenes[1]) ait: Nabukodrossorus, qui Herakle robustior erat, in Libicorum Iberorumque terram exercitu comparato pervenit (perveniebat), atque profligans et opprimens sub manum subegit (subigebat); et partem aliquam ex iis (sc. incolis) in anteriorem[2]) plagam (partem s. latus) maris Pontici ducens habitandam transtulit (transferebat). Tum vero postea narratur a Khaldaeis, quod ut veniens ad regiam rediit, deo quodam (in eum) penetrante, mentemque ejus occupante, ita loquutus sit: Ego Nabukodrosorus, o fortes Babelonii, imminentem vobis calamitatem praenuntiabo.“

Καὶ μεθ' ἕτερα ἐπιλέγει Euseb. Praep. Ev. 9, 41, 6. *Μεγασθένης δέ φησι, Ναβουκοδρόσορον Ἡρακλέος ἀλκιμώτερον γεγονότα ἐπί τε Λιβύην καὶ Ἰβηρίην στρατεῦσαι· ταύτας δὲ χειρωσάμενον, ἀπόδασμον αὐτέων εἰς τὰ δεξιὰ τοῦ Πόντου κατοικίσαι. Μετὰ δὲ, λέγεται πρὸς Χαλδαίων, ὡς ἀναβὰς ἐπὶ τὰ βασιλήϊα κατασχεθείη θεῷ ὅτεῳ δὴ, φθεγξάμενος δὲ εἶπεν· Οὗτος ἐγὼ Ναβουκοδρόσορος, ὦ Βαβυλώνιοι, τὴν μέλλουσαν ὑμῖν προαγγέλλω συμφορὴν,*

Et alia quaedam singulatim his adiciens scribit.

[τὴν οὔτε[1]) Βῆλος ἐμὸς πρόγονος, οὔτε βασίλεια Βῆλτις ἀποτρέψαι Μοίρας πεῖσαι σθένουσιν[2]). Ἥξει Πέρσης ἡμίονος, τοῖσιν ὑμετέροισι δαίμοσι χρεώμενος συμμάχοισιν· ἐπάξει δὲ δουλοσύνην. Οὗ δὴ συναίτιος υἱὸς[3]) ἔσται Μήδης, τὸ Ἀσσυρίων[4]) αὔχημα. Ὡς εἴθε μιν, πρόσθεν ἢ δῦναι[5]) τοὺς πολιήτας, Χάρυβδίν τινα ἢ θάλασσαν εἰςδεξαμένην ἀϊστῶσαι πρόρριζον. ἢ μιν ἄλλας ὁδοὺς στραφέντα φέρεσθαι διὰ τῆς ἐρήμου, ἵνα οὔτε ἄστεα, οὔτε πάτος ἀνθρώπων, θῆρες δὲ νόμον ἔχουσι, καὶ ὄρνιθες πλάζονται, ἔν τε πέτρῃσι καὶ χαράδρῃσι μοῦνον ἀλώμενον. ἐμέ τε πρὶν εἰς νόον βαλέσθαι ταῦτα τέλεος ἀμείνονος κυρῆσαι][6]). Euseb. Praep. Ev. 9, 41, 2. 3.

Post quae iisdem addens historicus dicit:

„Qui cum majestate imperabat, inopinato a visu (ab oculis) sublatus evanuit (peribat). Atque ejusdem filius Amilmarodokus regnavit (regnabat); quem statim gener ejus Niglisaris interfecit (interficiebat). Cui unus remansit (remanebat) filius vivus Labossorakus; huic etiam sors contigit (contingebat) violentiae morte (fato) mori. Nabonedokhum in regni solium evehi jussit (jubebat s. jubebatur), quod nullo modo ejus erat. Cui Cyrus, Babelone capta, Kermaniorum terrae principatum (marchionatum) dedit (donabat). Darius (Dareh) rex de terra depulit aliquantulum.“

Ὁ μὲν θεσπίσας παραχρῆμα ἠφάνιστο· ὁ δὲ οἱ παῖς Ἀμιλμαρούδοκος ἐβασίλευσε. τὸν δ' ὁ κηδεστὴς ἀποκτείνας Νιγλισάρης[7]), λείπει παῖδα Λαβασσοάρασκον· τούτου δὲ ἀποθανόντος βιαίῳ μόρῳ, Ναβαννίδοχον ἀποδεικνῦσι βασιλέα, προσήκοντά οἱ οὐδέν. Τὸν δὲ Κῦρος, ἑλὼν Βαβυλῶνα, Καρμανίης ἡγεμονίῃ δωρέεται .... Euseb. Praep. Ev. 9, 41, 4.

Verum, omnia haec cum hebraicis scriptis (optime) conveniunt.

---

1) Interpres arm. vertendo scribit „magnus robore“ tanquam epitheton Nabukodrossori, ac videtur e syr. textu vertisse, quum graece Meg. in Nom. Nabuk. vero in Acc. casu legatur. A. *Μεγασθένης*, Z. „Potentissimus“.

2) Sic in codd., sed A. et Z. sec. textum gr. legere volunt „hadschakoghmn“ pro „harradschakoghmn“, ac vertunt A. „in dexteram plagam“, Z. „in dexteram oram“.

1) *οὔτε — οὔτε* cum Scal. pro *ὅτε — ἦτε.*

2) *σθένουσιν* cum Scal. pro *ἀσθενοῦσιν.*

3) *υἱὸς* inseri jubet AvG, cum ex Herodoto notum sit, ultimum regem Labynitum fuisse filium Labyniti et Nitocridis, quibus sub nominibus Herodotus significat Nabuchodonosorum et Amyitin, filiam regis Medorum.

4) *Ἀσσυρίων* AvG pro *Ἀσσύριον.*

5) *δῦναι* Toup pro *δοῦναι.*

6) Quae uncis includuntur, propria sunt Euseb. Praep. Ev. l. c., desunt in Armenia interpr.

7) sic AvG pro Codicum *ἰγλίσαρις* vel *ἰγλισάρης.*

In Danielis historiis de Nabukhodonosoro narratur, quomodo, et quo pacto captus mente fuerit: at si Graecorum historici, aut Khaldaei vitium illud (morbum) ad bonum sensum trahunt[1]) (colorant), et a deo id (eum) acceptum dicunt, deumque insaniam nominant, quae (qui) in illum intraverit, vel daemonem quemdam, qui in eum venerit, mirum non est. Etenim hoc quidem illorum mos est, cuncta similia deo adscribere, deosque nominare daemones. Omnia haec Abydenus[2]).

Sed etiam Flavius Josepus Judaeorum scriptor historiographus, in prima antiquorum historia convenienter iisdem memorans conscribit hoc modo.

Ex Josepi prima antiquorum historia de Nabukhodonosore.

„Jam vero ea nunc referam, ait, quae de nobis singulatim a Khaldaeis scripta atque enarrata sunt, in quibus multa est concordia cum aliis quoque libris nostris. Testis autem horum est Berosus, vir genere Khaldaeus, et inter omnes, qui in disciplinam et sapientiam[3]) incumbunt, illustris: quoniam et libros de Astronomia (astrorum cognitionis), et quidquid apud Khaldaeos sapientiae ars (peritia) narrabat, ipse in Graecorum linguam transtulit.

Idem igitur Berosus, presse sequutus antiquorum volumina de diluvio, et plena hominum facta corruptione (excidio), eâdem ratione, qua Mosis historia, enarravit; et de arca cistae instar constructa, qua Nokhus[4]) generis nostri princeps servatus est, illaque in summitatem (caput) montium Armeniae delata constitit (consistit). Deinde singulos a Nocho recensens, et eorundem tempora adjiciens, ad Nabupalsarum usque Babelonis et Khaldaeorum regem pervenit: resque et praeclara ejus gesta narrans, deinde ait, ad quam rem et quo animo in terram Egiptiorum et nostram regionem miserit filium suum Nabukodrosorum multis cum copiis, ac latissimis (late extensis) castris. Etenim nuntius ei perlatus est (perferebatur, erat, fiebat), quod incolae

[1]) Sic Z., minus accurate A. „morbum tegunt“.

[2]) Verba „Omnia haec Abydenus“ Cod. N. scripturâ vulgari addita exhibet.

[3]) Sic N. E., ap. A. vero „et“ margini adscriptum habet, G. om. „et“ ac vertunt A. „disciplinam sapientiae“, Z. „scientiarum disciplinas“.

[4]) Sic G. E., sed N. et ap. A. exhibent „Noskhus“, vitium scripturae e syr. originali facile explicandum.

[*Λέξω*[1]) *δὲ νῦν ἤδη τὰ παρὰ Χαλδαίοις ἀναγεγραμμένα καὶ ἱστορούμενα περὶ ἡμῶν, απερ ἔχει πολλὴν ὁμολογίαν καὶ περὶ τῶν ἄλλων τοῖς ἡμετέροις γράμμασι. μάρτυς δὲ τούτων Βηρωσός*[2])*, ἀνὴρ Χαλδαῖος μὲν τὸ γένος, γνώριμος δὲ τοῖς περὶ παιδείαν ἀναστρεφομένοις, ἐπειδὴ περί τε ἀστρονομίας καὶ περὶ τῶν παρὰ Χαλδαίοις φιλοσοφουμένων αὐτοῖς εἰς τοὺς Ἕλληνας ἐξήνεγκε τὰς συγγραφάς.*

Οὗτος τοίνυν ὁ Βηρωσὸς ταῖς ἀρχαιοτάταις ἐπακολουθῶν ἀναγραφαῖς περί τε τοῦ γενομένου κατακλυσμοῦ καὶ τῆς ἐν αὐτῷ φθορᾶς τῶν ἀνθρώπων, καθάπερ Μωϋσῆς οὕτως ἱστόρηκε καὶ περὶ τῆς λάρνακος ἐν ᾗ Νῶχος ὁ τοῦ γένους ἡμῶν ἀρχηγὸς διεσώθη, προσενεχθείσης αὐτῆς ταῖς ἀκρωρείαις τῶν Ἀρμενίων ὀρῶν. εἶτα τοὺς ἀπὸ Νώχου καταλέγων καὶ τοὺς χρόνους αὐτοῖς προστιθεὶς ἐπὶ Ναβοπαλάσσαρον παραγίνεται, τὸν Βαβυλῶνος καὶ Χαλδαίων βασιλέα, καὶ τὰς τούτου πράξεις ἀφηγούμενος λέγει τίνα τρόπον πέμψας ἐπὶ τὴν Αἴγυπτον καὶ ἐπὶ τὴν ἡμετέραν γῆν τὸν υἱὸν τὸν ἑαυτοῦ Ναβουχοδονόσορον μετὰ πολλῆς δυνάμεως, ἐπειδήπερ ἀφεστῶτας αὐτοὺς ἐπύθετο, πάντων ἐκράτησε· ὃς[3]) *καὶ τὸν ναὸν ἐνέπρησε τὸν ἐν*

[1]) Josephi in Apionem quantum in opus suum transtulerit Eusebius, liquet ex Armen. versione. Sed Eusebiani illius Josephi Graeca fragmenta cum haec tantum supersint:

Sync. 416, 9—15.

Sync. 416, 15 — 417, 6 coll. Eus. Praep. Ev. 9, 40, 1. 2.

Sync. 417, 6 — 418, 10.

Sync. 419, 5—11.

Eus. Praep. Ev. 9, 40, 3—11.

equidem reliqua ex ipso Josephi libro supplenda esse duxi, ita tamen, ut uncis secluderem ea quae non Eusebio debentur.

[2]) Hoc e codd. restituit AvG.

[3]) ὃς interpunctione mutata addidit AvG.

regionis illius ad defectionem animum inclinaverint, superveniens omnibus sibi (sc. eos) concilians dominatus est (dominabatur), et templum Hierosolymae incensum diruit (diruebat), totumque gentis nostrae populum evertens in terram Babeloniorum deportavit (deportabat). Contigit (contingebat, casus et eventus veniebant) urbi, ut desolaretur, (et) templo, ut destrueretur septuaginta annorum spatio (tempore), usque ad Cyrum primum Persarum regem. Dominatum esse (vero) Babelonium, dicit, regionibus (regioni, terrae) Egiptiorum, Syrorum, Phoenicum, et Arabum; et super omnes, qui ante eum Khaldaeis et Babeloniis imperarunt, viribus ac praeclaris gestis valde eminuisse.

Eadem accurate Berossi (verba) apponam (juxta ordinabo) hac ratione.

Nuntiatum est patri ejus Nabupalsaro, quod Satrapes praefectus summus, qui supra terram Egiptiorum et partes Syrorum ac Phoeniciae provincias constitutus erat (stabat), pharetram (i. e. arma) converterit, (et) ad defectionem deflexerit. Et quoniam ipse jam non aptus (par) erat ad (eum) puniendum (castigandum), congregavit tradidit(que) partem aliquam exercitus in manum filii sui Nabukodrosori, qui (tunc) jam ad annos pubertatis venerat, et adversus eum misit.

Profectus est Nabukodrosorus, et acie instructa cum rebelli congressus est (congrediebatur, bellum dabat), vicitque (vincebatque); et regionem denuo, ut antea jam ab initio erat, sub regnum suum subegit (subigebat). At sub idem tempus evenit (eveniebat), ut Nabupalsarus ejus pater aegrotaret in Babeloniorum urbe, vitamque finiret, postquam regnasset annis XXI."

„Nuntiabatur Nabukodrosoro post multum temporis de patris obitu; ordinabat (et) componebat res terrae Egiptiorum aliarumque regionum, atque captivos Judaeorum et Phoenicum ac Syrorum, et gentium Egiptiorum, nec non reliquam praedam et suppellectilem

Ἱεροσολύμοις, ὅλως τε πάντα τὸν παρ' ἡμῶν λαὸν ἀναστήσας εἰς Βαβυλῶνα μετῴκισεν· συνέβη δὲ καὶ τὴν πόλιν ἐρημωθῆναι χρόνον ἐτῶν ἑβδομήκοντα μέχρι Κύρου τοῦ Περσῶν βασιλέως· κρατῆσαι δέ φησι τὸν Βαβυλώνιον Αἰγύπτου Συρίας Φοινίκης Ἀραβίας, πάντας δὴ[1]) *ὑπερβαλόμενον ταῖς πράξεσι τοὺς πρὸ αὐτοῦ*[2]) *Χαλδαίων καὶ Βαβυλωνίων βεβασιλευκότας.*] Joseph. in Apionem 1, 19.

Ἄξιον δὲ περὶ τοῦ Ναβουχοδονόσωρ ὀλίγα παραθέσθαι καὶ τοῦ πατρὸς αὐτοῦ ἐκ τῶν Βηρωσσοῦ λέγοντος οὕτως Sync. 416, 9. 10.

Ἀκούσας δ' ὁ πατὴρ αὐτοῦ Ναβοπαλάσαρος, ὅτι ὁ τεταγμένος σατράπης ἔν τε Αἰγύπτῳ καὶ τοῖς περὶ Συρίαν τὴν κοίλην καὶ τὴν Φοινίκην τόποις ἀποστάτης γέγονε, οὐ δυνάμενος αὐτὸς ἔτι κακοπαθεῖν συστήσας τῷ υἱῷ Ναβουκοδροσόρῳ[3]) *μέρη τινὰ τῆς δυνάμεως ἐξέπεμψεν ἐπ' αὐτόν.* Sync. 416, 10—15.

Συμμίξας δὲ Ναβουκοδρόσορος τῷ ἀποστάτῃ καὶ παραταξάμενος αὐτοῦ τ' ἐκράτει[4]) *καὶ τὴν χώραν ἐξ ἀρχῆς ὑπὸ τὴν αὐτῶν βασιλείαν ἐποιήσατο. Τῷ τε πατρὶ αὐτοῦ συνέβη Ναβοπαλασάρῳ, κατὰ τοῦτον τὸν καιρὸν ἀῤῥωστήσαντι, ἐν τῇ Βαβυλωνίων πόλει μεταλλάξαι τὸν βίον*[5])*, ἔτη βεβασιλευκότι κα'·*

Αἰσθόμενος δὲ μετ' οὐ πολὺν χρόνον[6]) *τὴν τοῦ πατρὸς τελευτὴν Ναβουκοδρόσορος, καταστήσας τὰ κατὰ τὴν Αἴγυπτον πράγματα καὶ τὴν λοιπὴν χώραν, καὶ τοὺς αἰχμαλώτους Ἰουδαίων τε καὶ Φοινίκων καὶ Σύρων καὶ*[7]) *τῶν κατὰ τὴν Αἴγυπτον ἐθνῶν συντάξας τισὶ*

---

[1]) *δὲ* codd. correxit AvG.

[2]) *αὐτῶν* codd. quod ferri posse, de Nabopalassaro et Nabuchodonosoro intelligendum, censet AvG.

[3]) post haec Joseph. l. c. addit *ὄντι ἔτι ἐν ἡλικίᾳ* quod habet Armen., omisit Sync.

[4]) *τε κρατεῖ* Sync. AB, corr. AvG, *τε ἐκυρίευσε* Joseph. Eus. Praep. Ev. l. c.

[5]) Syncelli *Ναβοπαλασάρῳ ἀρρωστήσαντι μεταλλάξαι τὸν βίον βασιλεύσαντι* ex Josepho (ubi tamen postea legitur *ἔτη βεβασ. εἴκοσιν ἐννέα*) et ex Euseb. Praep. Ev. l. c. corr. AvG.

[6]) sic contra Arm. etiam in Eus. Praep. Ev. l. c. et in Josepho l. c. *μετ' οὐ πολύ*.

[7]) om. Eus. Praep. Ev. et AvG, qui item sequens *ἐθνῶν* deleri jubet.

apparatumque cum validissimo exercitu Babelonem deportarent, quibusdam ex amicis imperabat. Iter faciens (et) adveniens

τῶν φίλων μετὰ τῆς βαρυτάτης δυνάμεως καὶ τῆς λοιπῆς ὠφελείας ἀνακομίζειν εἰς τὴν Βαβυλωνίαν, αὐτὸς ὁρμήσας [ὀλιγοστὸς][1]) παρεγένετο [διὰ τῆς ἐρήμου εἰς Βαβυλῶνα]. Sync. 416, 15—417, 6 coll. Euseb. Praep. Ev. 9, 40, 1. 2.

reperit (reperiebat) cuncta a Khaldaeis administrata (subjugata, gubernata), regnumque ipsi a quodam eorum (viro) nobili adservatum. Potitur (potiebatur) totius paterni imperii, captivos autem in Babeloniorum terrae locis optimis (maxime opportunis) collocari jussit. Et ipse de belli praeda et exuviis Beli templum aliaque omnia largiter (munificentia) ornavit (ornabat); atque in ipsam (principalem) urbem alias etiam aquas extrinsecus introduxit; munivitque (muniebatque) loca, ne in posterum possent obsessores fluvium contra (in) urbem convertere. Ternos quoque internae, ternosque externae urbi muros addidit (addebat); et dimidiam murorum partem e cocto latere et bitumine, dimidiam vero e solo latere construxit (construebat): et eximie urbem moenibus circumdedit (circumdabat), portasque heroico modo (divinas, magnificas) ornavit (ornabat). Aliamque regiam paternae regiae contiguam aedificans addidit (addebat), cujus mensuram et pulcritudinem, variique generis apparatum vix quisquam enarrare possit (poterit). Sed hoc tantum (dici potest), quod valde novum (artificiosum), admirabile, splendidum ac praecellens opus fuerit (erat), et intra dies quindecim omnino perfectum sit (perficiebatur). Et in regia turres lapideas (turrita monumenta lapidea) cum statuis exstruxit (exstruebat) excelsas, et frontes contignationum ad similitudinem montium componebat: plantavit insuper diversi (varii) generis arbores, et fecit adornavitque hortos pensiles nuncupatos, propter desiderium montuosorum ac perflabilium locorum, quo tenebatur uxor ipsius (uxoris suae) (quippe) quae in Medorum terra perflabili educata fuerat.

καταλαβὼν δὲ τὰ πράγματα διοικούμενα ὑπὸ Χαλδαίων καὶ διατηρουμένην τὴν βασιλείαν ὑπὸ τοῦ βελτίστου αὐτῶν, κυριεύσας ὁλοκλήρου τῆς πατρικῆς ἀρχῆς, τοῖς αἰχμαλώτοις [παραγενομένοις][2]) συνέταξεν [αὐτοῖς] ἀποικίας [ἐν τοῖς ἐπιτηδειοτάτοις τῆς Βαβυλωνίας τόποις ἀποδεῖξαι]· αὐτὸς δὲ ὁ Ναβουχοδονόσωρ ἐκ τῶν λαφύρων τό τε Βήλου ἱερὸν καὶ τα λοιπὰ φιλοτίμως κοσμήσας τήν τε ὑπάρχουσαν ἐξ ἀρχῆς πόλιν, καὶ ἑτέραν ἔξωθεν προκαθιδρυσάμενος καὶ ἀναχώσας[3]) πρὸς τὸ μηκέτι δύνασθαι τοὺς πολιορκουντας τον ποταμὸν ἀναστρέφοντας ἐπὶ τὴν πόλιν κατασκευάζειν, ὑπερεβάλλετο τρεῖς μὲν τῆς ἔνδον πόλεως περιβόλους, τρεῖς δὲ τῆς ἔξω· τούτων δὲ τοὺς μὲν ἐξ ὀπτῆς πλίνθου καὶ ἀσφάλτου, τοὺς δὲ ἐξ αὐτῆς τῆς πλίνθου. καὶ τειχίσας ἀξιολόγως τὴν πόλιν καὶ τοὺς πυλῶνας κοσμήσας ἱεροπρεπῶς, προκατεσκεύασεν τοῖς πατρικοῖς βασιλείοις ἕτερα βασίλεια ἐχόμενα ἐκείνων, ὑπὲρ ὧν τὸ μὲν ἀνάστημα καὶ τὴν λοιπὴν πολυτέλειαν μακρὸν ἴσως ἔσται ἐάν τις ἐξηγῆται, πλὴν ὄντα ὑπερβολῇ μεγάλα καὶ ὑπερήφανα, συνετελέσθη ἡμέραις ιε΄. ἐν δὲ τοῖς βασιλείοις τούτοις ἀναλήμματα λίθινα ὑψηλὰ ἀνοικοδομήσας, καὶ τὴν ὄψιν ἀποδοὺς ὁμοιοτάτην τοῖς ὄρεσι, καταφυτεύσας δένδρεσι παντοδαποῖς, ἐξειργάσατο· καὶ κατεσκεύασεν τὸν καλούμενον κρεμαστὸν παράδεισον, διὰ τὸ τὴν γυναῖκα αὐτοῦ ἐπιθυμεῖν τῆς ὀρείας διαθέσεως, τεθραμμένην ἐν τοῖς κατὰ Μήδειαν τόποις.

Omnia haec de modo dicto rege ita retulit, atque etiam multa in eodem tertio Khaldaico volumine; in quo reprehendit Graecorum scriptores, quod temere arbitrati sunt a Schamiram (Semiramide) Assyria Babelonem aedificatam, falsoque scripserunt mirifica (opera) ab ea fuisse elaborata."

Ταῦτα ο Βηρωσσὸς ἱστορεῖ περὶ τοῦ Ναβουχοδονόσωρ καὶ ἕτερα πλεῖστα ἐν τρίτῃ τῶν Χαλδαϊκῶν βίβλῳ, μεμφόμενος τοῖς ψευδῶς γράψασιν Ἑλλήνων ἱστορικοῖς ὑπὸ τῆς Ἀσσυρίας Σεμιράμεως κτισθῆναι Βαβυλῶνα καὶ τὰ κατ᾽ αὐτὴν θαυμάσια. Sync. 417, 6 — 418, 10.

---

[1]) quae uncis includuntur, AvG ut non Eusebiana notavit.

[2]) παραγενομένοις et αὐτοῖς (quod ἐκ αὐτόθι corruptum esse putat AvG.), postea ἐν τοῖς — ἀποδεῖξαι om. Sync., (qui κατοικίας habet pro ἀποικίας), supplentur ex Josepho l. c.

[3]) sic interpunctione mutata emendavit Syncelli verba editioni principi Josephi consona προσκαταχαρισάμενος καὶ ἀναγκάσας AvG. idemque Arm. versionem inde natam esse intellexit, quod legerit προσκαθυδρευσάμενος καὶ ἀναγκάσας.

„Hanc autem Khaldaeorum historiam (hanc scriptionem, hoc scriptum) fide dignam habere oportet: atque non hoc (tantum) modo, sed et in Phoenicum regia convenienter verbis Berosi, scriptum est singulatim de rege Babeloniorum, quod Syriam, universam(que) Phoeniciam ille devicit. His adstipulatur (consentit) et Philostrati historia, ubi de Tyri obsidione meminit; et Megasthenes in quarto volumine rerum Indicarum (Indorum), in quo de praedicto Babeloniorum rege ostendere vult, quod fortitudine ac praeclaris factis Heraklem superaverit; adeo ut magnam Libyum (Libaeorum) et Zybaeorum[1]) partem, dicat, (eum) evertisse.

Atque de praedicto Hierosolymorum templo, quod (et) concrematum fuerit a Babeloniorum exercitu irruente (contra congregato), et coeptum rursus aedificari, cum Cyrus Asianorum regnum accepisset, hoc etiam e Berosi commentariis perspicue demonstrabitur. Sic enim in (libro) tertio ait.“

„Nabukodrosorus posteaquam coepisset praedictum murum exstruere, morbo implicitus, e vita excessit (excedebat), cum regnasset annos XLIII. Regno vero dominatus est (dominabatur) ejusdem filius Evilumarudokhus[2]): et hic cum injustus (iniquus) et protervus in rebus regni inveniretur, structis a Neriglasaro genere suo, sororis viro (marito) insidiis mortuus est (moriebatur), quum annos II regnasset. Hujus autem post necem, Neriglasarus, qui ei insidias fecerat, imperium suscepit[3]) annos regnans IV. Dehinc (et) ejusdem filius Labesorakhus puerili aetate regno dominatus est menses IX, quod et mox propter multa pravae indolis specimina per insidias (deceptus) a suis amicis fustibus concisus mortuus est (moriebatur). Eo autem peremto, convenerunt (conveniebant) ejusdem insidiatores, et communiter regnum Nabonedo cuidam Babelonio dederunt (dabant), qui et ipse ex eadem subdola conspiratione (seditione, ad verbum, ex iisdem seditiosis insidiis) fuerat.“

„Sub eo Babelonis moenia circa flumen e cocto latere et bitumine constructa sunt. At, anno regni ejus XVII.[4]) Kyrus ex Perside cum magno profectus exercitu devicit omnia alia regna, (et) in Babelonem

Τὸν Ναβουχοδονόσωρ ὁ Μεγασθένης ἐν τῇ δʹ τῶν Ἰνδικῶν Ἡρακλέους ἀλκιμώτερον ἀποφαίνει, ὃς ἀνδρείᾳ μεγάλῃ Λιβύης τὸ πλεῖστον καὶ Ἰβηρίας κατεστρέψατο· συμφωνεῖ δὲ αὐτῷ καὶ Φιλόστρατος ἐν ταῖς ἱστορίαις, ἔνθα καὶ περὶ τῆς Τύρου πολιορκίας· καὶ τῶν Φοινίκων παλαιαί τινες[1]) *ἱστορίαι φέρονται περὶ τοῦ Ναβουχοδονόσωρ, ὅτι Συρίαν καὶ Αἴγυπτον καὶ πᾶσαν τὴν Φοινίκην κατεστρέψατο πολέμοις.* Sync. 419, 5—11.

[*Τὰ δὲ περὶ τοῦ ναοῦ προειρημένα τοῦ ἐν Ἱεροσολύμοις, ὅτι κατεπρήσθη μὲν ὑπὸ τῶν Βαβυλωνίων ἐπιστρατευσάντων, ἤρξατο δὲ πάλιν ἀνοικοδομεῖσθαι Κύρου τῆς Ἀσίας τὴν βασιλείαν παρειληφότος, ἐκ τῶν Βηρωσσοῦ σαφῶς ἐπιδειχθήσεται παρατεθέντων. λέγει γὰρ οὕτω διὰ τῆς τρίτης.*] Joseph. in Apion. 1, 20.

Ναβουκοδρόσορος[2]) *μὲν οὖν μετὰ τὸ ἄρξασθαι τοῦ προειρημένου τείχους, ἐμπεσὼν εἰς ἀῤῥωστίαν, μετήλλαξε τὸν βίον, βεβασιλευκὼς ἔτη μγʹ, τῆς δὲ βασιλείας κύριος ἐγένετο ὁ υἱὸς αὐτοῦ Εὐιλμαρούδουχος*[3]). *Οὗτος προστὰς τῶν πραγμάτων ἀνόμως καὶ ἀσελγῶς, ἐπιβουλευθεὶς ὑπὸ τοῦ τὴν ἀδελφὴν ἔχοντος αὐτοῦ Νηριγλισάρου ἀνῃρέθη, βασιλεύσας ἔτη βʹ· μετὰ δὲ τὸ ἀναιρεθῆναι τοῦτον διαδεξάμενος τὴν ἀρχὴν ὁ ἐπιβουλεύσας αὐτῷ Νηριγλίσαρος, ἐβασίλευσεν ἔτη δʹ. Τούτου υἱὸς Λαβασσοαράχος*[4]) *ἐκυρίευσε μὲν τῆς βασιλείας παῖς ὤν, μῆνας ἐννέα· ἐπιβουλευθεὶς δὲ, διὰ τὸ πολλὰ ἐκφαίνειν κακοήθη, ὑπὸ τῶν φίλων ἀπετυμπανίσθη. Ἀπολομένου δὲ τούτου, συνελθόντες οἱ ἐπιβουλεύσαντες αὐτῷ, κοινῇ τὴν βασιλείαν περιέθηκαν Ναβοννίδῳ τινὶ τῶν ἐκ Βαβυλῶνος ὄντι ἐκ τῆς αὐτῆς ἐπισυστάσεως.* Euseb. Pr. Ev. 9, 40, 3—6.

Ἐπὶ τούτου τὰ περὶ[5]) *ποταμὸν τείχη τῆς Βαβυλωνίων πόλεως ἐξ ὀπτῆς πλίνθου καὶ ἀσφάλτου κατεκοσμήθη. Οὔσης δὲ τῆς βασιλείας αὐτοῦ ἐν τῷ ἑπτακαιδεκάτῳ ἔτει, προεληλυθὼς*[6]) *Κῦρος ἐκ τῆς Περσίδος*

---

1) Sic in textu arm. A. sec. t. gr. legendum putat „Iberorum“ ac vertit „Iberiae“, Z. accuratius „Zybeorum“.

2) N. G. „Evilamarudokhus“ ap. A. E. et A. in versione „Evilumarudokhus“, Z. „Evilmarudochus“.

3) Sic recte ap. A., sed N. G. E. passive „a Nerigl. susceptum est“, ut et Z. vertit, cui obstat Accusativus vocis „imperium“.

4) N. „XV“.

1) *πάλαι, αἵτινες* Sync. AB, corr. AvG.

2) ex *Ναβουχοδονόσορος* corr. AvG ad normam textus Armeniaci.

3) sic AvG pro *Εὐιλμαλούρουχος* Codd.

4) sic AvG pro plerorumque libb. *χαβα.* vel *χαμα.* vel *λαμα.*

5) *τὸν* (quo carere non possumus) addunt Josephi Codd. AvG.

6) sic corr. AvG pro *προσεληλυθὼς* Codicum. per sequens *τὴν λοιπὴν βασιλείαν* significatur Persarum regnum.

impetum fecit. Nuntiatum est Nabodeno[1]) de ejus invasione, (et) obviam venit (veniebat) cum exercitu bellum facturus; clade (tamen) in proelio accepto (cladi traditus), in fugam se conjecit (conjiciebat), et cum paucis in Borsipenorum urbe (eam) intrans se munivit (muniebat)."

„Kyrus (autem) Babelone capta, jussit (jubebat) exteriorem murum urbis funditus dirui; eo quod firma, expugnatuque difficilis urbs videbatur. Et ipse iter faciebat (et) contendebat Borsipum, Nabodenum[2]) obsessurus. Nabodenus autem cum non posset ferre obsidionem, sese ipsi antea dedidit (dedebat), Kyrus humanitatem (liberalitatem) praestans dedit ei Karmaniorum regionem domicilium; e Babelone abducens eo illum misit. Nabodus[3]) reliqua tempora in illa regione traducens de vita migravit (migrabat)."

„Haec omnia consentientem nostris libris veritatem referunt, quod (nimirum) Nabukhodonosorus anno regni sui decimo octavo templum nostrum diruit, et permansit (permanebat, stabat, erat) solo aequatum usque ad quinquaginta annos. Kyri autem regni anno secundo jacta sunt (jaciebantur) fundamenta templi, et sexto anno regni Darehi (Darii) absolutum est (absolvebatur)."

„His (iisdem) adjiciam etiam Phoenikum scriptores; non enim rejiciendi (invalidi) sunt ad demonstrandam magnam (multam) confirmationem. Est autem hujusmodi temporum calculus. Sub Ethobalo sacerdote Nabukhodonosorus Tyrum obsedit annos XIII. Post hunc regnavit Balla annos X. Post hunc Judices constituti sunt, judicaruntque: Ednibalus Basekhi (sc. filius) menses II, et Khelbes Abdaei menses X, Abalus summus sacerdos menses III, Sipunosthus[4]) et Gerastartas. Abdelima[5]), dum judicis fungebatur munere (in judicio, judicii munere erat), regnavit annos VI. Balatorus filius ejusdem regnavit unum annum. Quo mortuo miserunt (atque) Merbalum[6]) e Babelone vocarunt, regnavitque annos quatuor[7]). Eo etiam de-

[1]) Sic in codd. contra textus gr. „Nabonedo", quem A. et Z. in versionibus sequuntur.

[2]) ut supra.

[3]) Sic legunt codices pro „Nabonedus", A. „Nabonnedus", Z. „Nabonedus".

[4]) Z. falso sec. recent. pronunciationem „Sibunosthus", A. „Sipunostus". Item Z. antea „Etnibalus".

[5]) s. „Abdelimae" (Abdelimi) sc. filius; nam facile potuit omitti littera finalis *h* s. *j*, quia non profertur. A. „Abdelima", Z. „Abdelimi filius".

[6]) In textu arm. legitur hic Accusativus gr. „Merbalon".

[7]) In ap. A. legitur „tres", sed N. G. E. A. Z. exhibent „quatuor".

μετα δυνάμεως πολλῆς, καταστρεψάμενος τὴν λοιπὴν βασιλείαν ἅπασαν, ὥρμησεν ἐπὶ τῆς Βαβυλωνίας. Αἰσθόμενος δὲ Ναβόννιδος τὴν ἔφοδον αὐτοῦ, ἀπαντήσας μετὰ τῆς δυνάμεως καὶ παραταξάμενος, ἡσσηθεὶς τῇ μάχῃ καὶ φυγὼν ὀλιγοστὸς, συνεκλείσθη εἰς τὴν Βορσιππηνῶν πόλιν.

Κῦρος δὲ Βαβυλῶνα καταλαβόμενος, καὶ συντάξας τὰ ἔξω τῆς πόλεως τείχη κατασκάψαι διὰ τὸ λίαν αὐτῷ πραγματικὴν καὶ δυσάλωτον φανῆναι τὴν πόλιν, ανέζευξεν ἐπὶ Βόρσιππον, ἐκπολιορκήσων τὸν Ναβόννιδον. Τοῦ δὲ Ναβοννίδου οὐχ ὑπομείναντος τὴν πολιορκίαν, ἀλλ' ἐγχειρίσαντος αὑτὸν πρότερον, χρησάμενος Κῦρος φιλανθρώπως, καὶ δοὺς οἰκητήριον αὐτῷ Καρμανίαν, ἐξέπεμψεν ἐκ τῆς Βαβυλωνίας. Ναβόννιδος μὲν οὖν, τὸ λοιπὸν τοῦ χρόνου διαγενόμενος ἐν ἐκείνῃ τῇ χώρᾳ, κατέστρεψε τὸν βίον. Euseb. Praep. Ev. 9, 40, 7—10.

Ταῦτα σύμφωνον ἔχει ταῖς ἡμετέραις βίβλοις τὴν ἀλήθειαν. Γέγραπται γὰρ ἐν αὐταῖς ὅτι Ναβουχοδονόσορος ὀκτωκαιδεκάτῳ τῆς αὐτοῦ βασιλείας ἔτει τὸν παρ' ἡμῖν ναὸν ἠρήμωσε, καὶ ἦν ἀφανὴς ἐπὶ ἔτη πεντήκοντα, δευτέρῳ δὲ τῆς Κύρου βασιλείας ἔτει, τῶν θεμελίων ὑποβληθέντων, δευτέρῳ[1]) *πάλιν τῆς Δαρείου βασιλείας ἐτελέσθη.* Euseb. Praep. Ev. 9, 40, 11.

[ἔστι δὲ τοιαύτη τῶν χρόνων ἡ καταρίθμησις. ἐπὶ Εἰθωβάλου τοῦ βασιλέως ἐπολιόρκησε Ναβουχοδονόσορος τὴν Τύρον ἐπὶ ἔτη τρισκαίδεκα. μετὰ τοῦτον ἐβασίλευσε Βαὰλ ἔτη δέκα. μετὰ τοῦτον δικασταὶ κατεστάθησαν καὶ ἐδίκασαν, Ἐκνίβαλος Βασλάχου μῆνας δύο, Χέλβης Ἀβδαίου μῆνας δέκα, Ἄββαρος ἀρχιερεὺς μῆνας τρεῖς, Μύτγονος καὶ Γεράστρατος τοῦ Ἀβδηλέμου δικασταὶ ἔτη ἕξ, ὧν μεταξὺ ἐβασίλευσε Βαλάτορος ἐνιαυτὸν ἕνα.

τούτου τελευτήσαντος ἀποστείλαντες μετεπέμψαντο Μέρβαλον ἐκ τῆς Βαβυλῶνος καὶ ἐβασίλευσεν ἔτη

[1]) *δευτέρῳ* em. AvG pro *δεκάτῳ* Eusebi Codd. e Josephi Codd.

functo vocarunt fratrem ejusdem Irolmum[1]; qui annos regnavit xx. Sub eo Kyrus Persis imperavit (s. apud Persas praevaluit, Persarum princeps fuit, factus est)."

„Quum vero ita se res habeat (ita sit), omne ergo tempus est annorum (fiunt anni) LIV et tres menses, secundum eorum supputationem. Septimo siquidem anno regni Nabukhodonosori coepit (sc. idem) obsidere Tyrum: quarto autem anno Iromi[2]) Kyrus Persa imperium accepit. Et ita nostris libris consentanea de templo, tum Khaldaeorum, tum Tyriorum volumina proferunt (loquuntur)." Haec in hunc modum de istis Josepus.

Sed tamen posthac rursus Abidenus Khaldaeorum regni rationem Polyhistori similiter juxta positam comprehendit (in usum suum convertit). Verum Assyriorum reges seorsum ex ordine sic enumerat.

τέσσαρα· τούτου τελευτήσαντος μετεπέμψαντο τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ Εἴρωμον, ὃς ἐβασίλευσεν ἔτη εἴκοσιν. ἐπὶ τούτου Κῦρος Περσῶν ἐδυνάστευσεν.

οὐκοῦν ὁ σύμπας χρόνος ἔτη πεντήκοντα τέσσαρα καὶ τρεῖς μῆνες πρὸς αὐτοῖς. ἑβδόμῳ μὲν γὰρ ἔτει τῆς Ναβουχοδονοσόρου βασιλείας ἤρξατο πολιορκεῖν Τύρον, τεσσαρεσκαιδεκάτῳ δ' ἔτει τῆς Εἰρώμου Κῦρος ὁ Πέρσης τὸ κράτος παρέλαβεν. καὶ σύμφωνα μὲν ἐπὶ τοῦ ναοῦ τοῖς ἡμετέροις γράμμασι τὰ Χαλδαίων καὶ Τυρίων .....] Joseph. in Apion. 1, 21 (pg. 197, 29 sqq. Bkk.).

(ASSYRIORUM.)

Abideni de Regno Assyriorum.

„Hoc pacto Khaldaei suae regionis reges ab Aloro usque ad Alexandrum recensent; de Nino et Schamirama (Semiramide) nulla ipsis cura est." Haec cum dixisset, statim historiae exordium facit. „Fuit (Erat), inquit, Ninus, Arbeli (filius); (qui) Khaali[3]); (qui) Arbeli; (qui) Anebi; (qui Babii (s. Babi);) (qui) Beli regis Assyriorum."

Deinde singulos a Nino et Semiramide recenset, usque ad Sardanapallum, qui fuit omnium postremus: a quo usque ad primam Olompiadem efficiuntur anni LXVII. Abidenus (itaque) de regno Assyriorum singillatim ita scripsit. (At) non hic solum, sed etiam Kastor in primo Chronicorum brevi volumine (Epitome), ad hujus exempli formam usque ad singulas syllabas de Assyriorum regno enarrat.

Ex Castoris Brevi Volumine, de Regno Assyriorum.

„Belus, inquit, rex erat Assyriorum: et sub eo Kiklopes Aramazdo (Jovi) adversus Titanos pugnanti, fulgura fulminaque ignea auxilio in praelio attulerunt (afferebant). Eo autem tempore Titanorum reges cognoscebantur; e quibus unus erat Ogigus rex." Paucis vero verbis adjectis dicit: „Gigantes in deos irruerunt

---

1) A. „Hiromum", Z. „Iromum".

2) Sic h. l. textus arm., A. ut supra „Hiromi".

3) Ἀραβῆλος Sync. p. 286, 3 et (quod praeferendum esse videtur) Χάλαος p. 292, 16, omisso Arbelo altero et ordine inverso. AvG.

et perempti sunt, auxilium diis ferentibus Herakle et Dionoso[1]), qui e Titanis erant.“

„Belus, de quo antea diximus, vitam finivit, qui etiam deus habitus est. Post quem Ninus imperavit Assyriis annos LII. Hic uxorem duxit Schamiramam (Semiramidem). Post quem Schamiram̃ (Semiramis) Assyriis imperavit, annos XLII. Deinde vero Zames, qui et Ninuas.“ Et tum singulos Assyriorum reges, qui post eos erant, in ordinem redigens[2]), usque ad Sardanapallum usque recenset, cunctos nominatim commemorando: quorum etiam nos utique nomina, regnorumque tempora paulo post adponemus.

Siquidem et ille in Canonibus[3]) suis hujusmodi verbis de iis scribit.

„Primo Assyriorum reges digessimus, initium à Belo facientes: quum vero ipsius regni annos certo non tradiderint, nomen (solummodo) commemoravimus: sed tamen chronographiae principium a Nino fecimus, et in alterum Ninum, qui regnum a Sardanapallo accepit, desivimus:

ut hoc pacto perspicuum fiat tam universum tempus, quam unius cujusque seorsim e regnantibus: hoc itaque modo reperitur tempus annorum M ducentorum et octoginta[4]).“ Haec Kastor. Porro eadem, qui et bibliothecas collegit (colligebat) Diodorus Siculus (Sikelus), iisdem verbis refert (eodem modo et hic eadem verba scribit).

Ετεροί φασι μετὰ Σαρδανάπαλλον κρατῆσαι καὶ τῆς Ἀσσυρίων ἀρχῆς Νίνον, ὥς που καὶ Κάστωρ ἐν τῷ κανόνι αὐτοῦ φησιν ὧδε. Πρώτους μὲν οὖν τοὺς Ἀσσυρίων βασιλεῖς κατατετάχαμεν[1]), *τὴν μὲν ἀρχὴν ἀπὸ Βήλου πεποιημένοι*[2]), *τῷ δὲ τῆς βασιλείας αὐτοῦ ἔτη μὴ παραδεδόσθαι σαφῶς τοῦ μὲν ὀνόματος μνημονεύομεν, τὴν δὲ ἀρχὴν τῆς χρονογραφίας ἀπὸ Νίνου πεποιήμεθα, καὶ καταλήγομεν ἐπὶ Νίνον τὸν διαδεξάμενον τὴν βασιλείαν παρὰ Σαρδανἀπάλλου.* Sync. 387, 5—13.

E Diodori voluminibus, de Assyriorum Regno.

„Primum (quidem) in Asianorum terra ex ipsa regione (indigenae) exstiterunt reges; quorum nec praeclarum aliquod factum (fortitudo), nec nomen memoratur. Primus historia ac memoria dignus Ninus rex Assyriorum inventus est (inveniebatur), qui quam magna et praeclara facinora perpetravit: de quo minute ac singillatim scribere curavimus.“ Ac tum post alia verba ait, quod „filium procreavit e Schamirama (Semiramide) Ninuam. Quum vero mortuus esset, uxorem dominam reliquit. Ninum in regia Schamiram (Semiramis) sepelivit.“ Ac rursus paucis verbis adjectis dicit de Schamirama (Semiramide): „Haec omnibus Asianis (universae Asiae), exceptis Indis, imperavit; atque eo, ut antea

Τὸ παλαιὸν τοίνυν κατὰ τὴν Ἀσίαν ὑπῆρχον ἐγχώριοι βασιλεῖς, ὧν οὔτε πρᾶξεις ἐπίσημοι, οὔτε ὀνόματα μνημονεύεται. Πρῶτος δὲ τῶν ἱστορίᾳ καὶ μνήμῃ παραδιδομένων Νίνος ὁ βασιλεὺς τῶν Ἀσσυρίων μεγάλας πράξεις ἀπετέλεσεν. Καὶ μεθ' ἕτερα· Μετὰ δὲ ταῦτα γεννήσας[3]) *ἐκ Σεμιράμιδος υἱὸν Νινύαν ἐτελεύτησε, τὴν γυναῖκα ἀπολιπὼν βασίλισσαν. τὸν δὲ Νίνον ἡ Σεμίραμις ἔθαψεν ἐν τοῖς βασιλείοις. καὶ ἐπάγει· Αὕτη μὲν οὖν βασιλεύσασα τῆς Ἀσίας ἁπάσης πλὴν Ἰνδῶν ἐτελεύτησε τὸν προειρημένον τρόπον, βιώσασα μὲν ἔτη ξβ', βασιλεύσασα δὲ δύο πρὸς τοῖς μ' . . . . .* Sync. 313, 6—14.

---

1) Sic in codd.

2) His verbis terminatur apographum Aucheri, quod P. Paulus continuavit usque ad p. 59.

3) N. et ap. A. „in canonibus, quos redegit“.

4) Respicit hunc locum Sync. p. 318, 4. AvG.

---

1) *κατατετάχαμεν* AvG pro Codd. *κατετάχαμεν.*

2) sic em. AvG *πεποιημένους τῷ δὲ τῆς* Codicum.

3) *Μετὰ δὲ ταῦτα. Γεννήσας* Armenium legisse monet AvG.

diximus, modo obiit, annos cum vixisset LXII regnassetque annos II supra quadraginta."
Et singulatim recenset, quod „Post ejus obitum Ninuas Nini et Schamiramae (Semiramidis) filius imperium suscepit, ac in pace obtinuit (obtinebat); nec matris unquam animi ad bella laboresque proclivis aemulator fuit."

Atque iterum post alia verba subdit. „Similiter eidem, inquit, et alii (s. reliqui) reges a patre filius imperium accipiebant, regnaveruntque a progenie in progeniem usque ad Sardanapallum. Sub eo enim regnum Assyriorum ad Medos translatum est, quum plus quam mille trecentos annos perdurasset: prout Ktesies Knidius in secundo libro (volumine) dicit.

Nomina verò regum qui regnarunt, (et) multitudinem annorum describere non curant; eo quod nihil memoria dignum ab iis actum est; non nisi suppetiae, quae Trojanis ab Assyriis missae sunt, dignae fuerunt commemoratione, quarum Memnon Tithoni (filius) dux erat." „Tautano in Asianorum terra regnante, qui vicesimus sextus a Nino[1]) Schamiramae (Semiramidis) (viro) erat, Graecos dicunt cum Agamemnone[2]) exercitum movisse in Trojanorum terram, praelium facturos: quum Asianorum imperium plus quam mille annis Assyrii jam tenuissent (tenerent).

Priamus (autem) rex Trojanorum mole belli (bellis) gravatus ac pressus, Assyriorum regi sese subjiciebat (manus dabat) (et) legabat (viros), qui supplicarent, ut ipsi auxilium et opem mitteret. Atque hic decem millia militum ex Aethiopum terra, ac totidem Nusianos cum ducentis curribus ei dedit (dabat); ducemque misit (mittebat) Memnonem Tithoni (filium)." Post haec autem iterum adjungens dicit: „De Memnone talia quaedam praeclara gesta in regiis voluminibus enarrata fuisse Barbari tradunt."

„Sardanapallus tricesimus quintus erat a Nino, qui comparavit, obtinuit(que) principatum, (et) postremus exstitit Assyriorum rex; omnesque, qui ante eum erant, mollitie atque ignavia superavit." Et paulo post ait: „Adeo impudens erat, ut non ipse solus foeditate vitam (suam) corrumperet, sed universum quoque Assyriorum principatum everteret, quod diutius quam (omnia) quae memorantur, firmiter stabilitum erat[3]),

1) Z. „a Ninia sc. Semiramidis filio", sed Ninyas ubique scribitur „Ninuas" ab Eus., et „Ninia" est forma Gen. etc. a „Ninos", ut supra p. 55, 37.

2) In codd. legitur „cum Memnone", A. et Z. „cum Agamemnone" sec. text. gr.

3) A. minus recte „jam inde a longissimo tempore firmiter stabilitum, ut (supra) memoravimus".

Καὶ μεθ' ἕτερα· Παραπλησίως δὲ καὶ οἱ λοιποὶ βασιλεῖς παῖς παρὰ πατρὸς διαδεχόμενοι τὴν ἀρχὴν ἐβασίλευσαν ἐπὶ γενεὰς λε'[1]) μέχρι Σαρδαναπάλλου. ἐπὶ τούτου γὰρ ἡ τῶν Ἀσσυρίων ἡγεμονία μετέπεσεν εἰς Μήδους ἔτη διαμείνασα πλείω τῶν ,α' καὶ τ', καθάπερ φησὶ Κτησίας ὁ Κνίδιος ἐν τῇ β' βίβλῳ.

Τὰ δὲ ὀνόματα τῶν βασιλέων καὶ τὸ πλῆθος τῶν ἐτῶν οὐ κατεπείγει γράφειν, διὰ τὸ μηδὲν ὑπ' αὐτῶν πεπρᾶχθαι μνήμης ἄξιον. μόνη γὰρ τέτευχεν ἀναγραφῆς ἡ πεμφθεῖσα συμμαχία τοῖς Τρωσὶν ὑπὸ Ἀσσυρίων, ἧς ἐστρατήγει Μέμνων ὁ Τιθωνοῦ. Ταυτάνου γὰρ βασιλεύοντος τῆς Ἀσίας, ὃς ἦν κς' ἀπὸ Νινύου[2]) τοῦ Σεμιράμιδος, φασὶ τοὺς μετ' Ἀγαμέμνονος Ἕλληνας ἐπὶ Τροίαν στρατεῦσαι, τὴν ἡγεμονίαν ἐχόντων τῆς Ἀσίας Ἀσσυρίων πλείω ἐτῶν[3]) χιλίων. Sync. 313, 14 — 314, 6.

Σαρδανάπαλλος δὲ τριακοστὸς μὲν καὶ πέμπτος ἀπὸ Νίνου τοῦ συστησαμένου τὴν ἡγεμονίαν, ἔσχατος δὲ γενόμενος βασιλεὺς Ἀσσυρίων, ὑπερῆρεν ἅπαντας τοὺς πρὸ αὐτοῦ τρυφῇ καὶ ῥαθυμίᾳ. Καὶ μετ' ὀλίγα. Καὶ τοιοῦτος ὢν τὸν τρόπον οὐ μόνον αὐτὸς αἰσχρῶς κατέστρεψε τὸν βίον, ἀλλὰ καὶ τὴν Ἀσσυρίων ἡγεμονίαν ἄρδην ἀνέστρεψε πολυχρονιωτάτην γενομένην τῶν μνημονευομένων. Ἀρβάκης γάρ τις, Μῆδος μὲν τὸ γένος,

1) λε' Scaliger pro με' Codicum.

2) Sic Diod. 2, 22. Νίνου Sync.

3) ἐτῶν AvG pro τῶν Codicum.

Varbakes[4]) quidam genere Medus, virtute insignis, animique vigore praeclarus (optimus), dux erat Medorum; unus ex iis, qui quotannis in urbem Ninum ibant. In praefectura militiae et conversatione (sermone) amicus factus (redditus) est magistro militiae Babeloniorum, et ab eo rogatus principatum Assyriorum destruxit (destruebat)." Haec Diodorus in secundo bibliothecae volumine[5]).

Pariter (ad, secundum eadem) de Assyriorum imperio meminit etiam Kephalion, atque ita dicit:

Kephalionis[1]) *historiographi de regno Assyriorum.*

„Incipio scribere a quibus et alii commemorarunt; atque primum Elanikus[2]) Lesbius, Ktesiesque Knidius, deinde Herodotus Alkarnasseus[3]). Primum Asiae imperarunt Assyrii, ex quibus erat Ninus Belius (Beli filius). Sub ejus regno res multa magnaque facinora gerebantur." Postea his adjiciens profert etiam ortum Schamiramae (Semiramidis), atque (narrat) de Zaraveschto (Zoroastro) Mago, de Bactrorum regis[4]) bello et clade a Schamirama (Semiramide) (accepta); necnon annos regni Nini LII annos (fuisse), atque de obitu ejus. Post quem cum regnasset Schamiram (Semiramis), murum Babelonis eduxit ad illam formam, qua a multis dictum est, Ktesia[5]) (nimirum), et Zenone, Erodotoque (Herodotoque), nec non aliis eorum posteris (qui post eos). Deinde etiam expeditionem Schamiramae (Semiramidis) adversus Indorum terram, ejusque cladem et fugam enarrat; atque etiam quomodo ipsa filios suos interfecerit, ipsaque a Nino[6]) filio suo occisa fuerit, cum regnasset annos XLII. Post quam Ninuas imperium accepit (accipiebat), de quo dicit Kephalion, quod nihil memoratu

[4]) A. sec. text. gr. „Arbaces".

[5]) ad verbum „in secundo voluminum thecae historicae". N. ex errore duabus litteris omissis exhibet „in secundo voluminum sagittarum thecae i. e. pharetrae".

[1]) N. „Kiphalionis".

[2]) Codd. „Elanicus", A. „Ellanicus", Z. „Hellanicus".

[3]) N. et ap. P. „Alkarrnensis s. Alkarrneus", G. E. „Alik.", A. „Alicarnasseus", Z. „halicarnasseus".

[4]) Sic vertendum secundum codd., at A. levi unius litterae *ê* in *i* mutatione legit „mogi" pro „mogê (Gen. pro Narrativo quem dicunt casu), ac vertit „de Zoroastri magi Bactrianorum regis certamine", Z. „de Zaravaste mago Bactrianorum rege, et de bello". Sed ita si vertas, corrigendum erit „arkaji" in „arkhajê", et addendum „et" arm. „jev". Aucheri conjectura videtur praeferenda.

[5]) N. „Stesiâ".

[6]) Sic codd., sed A. „a Ninya", Z. „a Ninia". His verbis desinit apographum P. Pauli.

ἀνδρείᾳ δὲ καὶ ψυχῆς λαμπρότητι διαφέρων, ἐστρατήγει Μήδων τῶν κατ' ἐνιαυτὸν ἐκπεμπομένων εἰς την Νίνον. κατὰ δὲ τὴν στρατηγίαν γενόμενος συνήθης τῷ στρατηγῷ τῶν Βαβυλωνίων ὑπ' ἐκείνου παρεκλήθη καταλῦσαι την τῶν Ἀσσυρίων ἡγεμονίαν. ταῦτα ὁ Διόδωρος περὶ τῆς Σαρδαναπάλλου καταστροφῆς, καὶ ὅτι λε' ἀπὸ Νίνου γέγονε βασιλεὺς Ἀσσυρίων . . . Sync. 312, 13 — 313, 4.

Ὅτι δὲ ἀσυμφώνως οἱ τῶν Ἑλλήνων ἱστορικοὶ γεγράφασι περὶ τῶν χρόνων καὶ τῶν βασιλέων τούτων παρέστω Κεφαλίων ἐπίσημος εἷς, οὐχ ὁ τυχὼν, οὕτω φάσκων. Ἄρχομαι γράφειν ἀφ' ὧν ἄλλοι τε ἐμνημόνευσαν καὶ τὰ πρῶτα Ἑλλάνικός τε ὁ Λέσβιος, καὶ Κτησίης ὁ Κνίδιος, ἔπειτα Ἡρόδοτος ὁ Ἁλικαρνασεύς. τὸ παλαιὸν τῆς Ἀσίας ἐβασίλευσαν Ἀσσύριοι, τῶν δὲ ὁ Βήλου Νίνος . . . . . εἶτ' ἐπάγει γένεσιν Σεμιράμεως, καὶ Ζωροάστρου μάγου . . . . , ἔτη τε νβ' τῆς Νίνου βασιλείας . . . . Μεθ' ὃν Βαβυλῶνα φησὶν ὃν[1]) *Σεμίραμις ἐτείχισε τρόπον, ὅς*[2]) *πολλοῖσι λέλεκται, Κτησίᾳ, Δίνωνι*[3])*, Ἡροδότῳ, καὶ τοῖς μετ' αὐτοὺς, στρατείην τε αὐτῆς κατὰ τῶν Ἰνδῶν, καὶ ἧτταν καὶ ὅτι τους ἰδίους ἀνεῖλεν υἱοὺς καὶ ὑπὸ Νινύου*[4]) *τῶν παίδων ἑνὸς ἀνῃρέθη τοῦ διαδεξαμένου τὴν ἀρχην . . . .*

[1]) ὃν corr. AvG pro ᾗ Codicum.

[2]) sic AvG pro ὥς Codicum.

[3]) sic C. Müllerus pro *Ζήνωνι* Codicum.

[4]) sic AvG pro *Νίνου* Codicum.

dignum fecerit. Ac deinde singulatim recenset caeteros (sc. reges) quoque, quod nempe filius a patre imperium accipiens, ad numerum mille annorum dominati sint; nemo autem ex iis minus quam annos viginti (imperium) tenuit. Siquidem mores eorum a bellis ac laboribus (s. periculis) abhorrentes, atque effeminati, in firma custodia (cautione) eos servabant: namque intus consedebant, et nulla iis (s. eorum) erat occupatio (nullum opus), et nemo eos videbat, nisi concubinae[1]), ac viri effeminati. At, si quis hos reges cognoscere (regum peritus fieri) velit, Ktesies minute nominatim (nomine) eos viginti tres, ni fallor (mihi videtur), reges dinumerat. Quod vero mihi gaudium vel laetitiam afferat, nomina barbare sonantia (barbarorum vocum s. barbarorum sonorum aut idiomatum), sine ulla virtute ac fortitudine proferre, tyrannorum (inquam) ignavorum, mollium, agrestiumque?"

Et rursum iisdem addens ait, quod „dum sexcenti et quadraginta circiter anni effluxerant (erant), Belimus Assyriis imperavit: atque (mox) pervenit (perveniebat) Perseus Danais (filius) in regionem eorum, naves centum adducens: in fugam autem revertit (revertebat) Perseus a Dioniso (sc. Baccho) filio Semeles." Deinde transgressus ad Dionisi superationem (cladem) Persei (sc. cladis) similem (juxta Perseum)[2]), iisdem adjiciens dicit: „In postrema (hac) stirpe sub Panini Assyriorum regno, Argonautarum classis navalis navigavit in Phasin[3]) fluvium, atque ad Mentem[4]) Kolkhidem. Herakles autem a navi aberravit (aberrabat) ob cupidinem desideriumque Hylae, et, quomodo dicunt, versus Gamir[5]) (i. e. Cappadociam) oberrans (oberravit) petiit." Et rursum dicit: „Si quis dinumeret (numerat) a Schamirama (Semiramide) ad Mitraeum usque regem, M annos transiisse inveniet (invenit)[6])."

Media[7]) autem Kolkhica quaedam mulier vates ab Ekio[8]) rege abiit, cujus filius Medus erat, unde

Καὶ μεθίεται[1]) καὶ τῶν λοιπῶν· εἰς ,α' ἐτῶν ἀριθμὸν ἦρχον, παῖς παρὰ πατρὸς ἐκδεχόμενος τὴν ἀρχὴν καὶ ἔχων ἧττον αὐτῶν οὐδὲ εἷς ἐτελεύτησεν ἐτῶν κ'· τὸ γὰρ ἀπόλεμόν τε καὶ ἀφιλοκίνδυνον καὶ γυναικῶδες αὐτοῖς ἦν ἀσφαλές· ἔνδον γὰρ ἔμενον οὐδέ τι αὐτοῖς ἔνεργον[2]) ἐπρήσσετο, οὐδὲ ἑώρα τις αὐτοὺς πλὴν αἵ τε παλλακίδες καὶ τῶν ἀνδρῶν οἱ γυναικώδεις. Τοὺς δὲ βασιλεῖς τούςδε, εἴ τις εἰδῆσαι βούλεται, Κτησίης ἐστὶν ὁ λέγων ονόματα αὐτων κ', οἶμαι, καὶ γ'. Ἐμοὶ δὲ ἡ γραφὴ τί τερπνὸν ἢ τί χαρίεν ἤμελλεν ἕξειν, ὀνομακλήδην ἄνευ πράξεων βαρβάρων[3]) φωνέοντι τυράννους δειλοὺς καὶ μαλακούς, βορβόρῳ ἴσους[4]);

πρὸς οἷς ἐπάγει [τα περὶ τῶν ἐτῶν αὐτῶν]· ἐτέων δὲ ὄντων [ἀπο Νίνου][5]) τεσσαράκοντά που καὶ χ' Βέλιμος ἐβασίλευσεν Ἀσσυρίων· καὶ ἀφικνεῖται Περσεὺς ὁ Δανάης εἰς την χώραν αὐτοῦ, ναῦς ἄγων ρ'· ἔφευγε δὲ Περσεὺς Διόνυσον τον Σεμέλης υἱέα. Καὶ μετέπειτα . . . . ὑστέρῃ δὲ γενεῇ, ᾗ[6]) κατὰ Παννύαν ἄρχοντα ὁ τῶν Ἀργοναυτῶν στόλος ἔπλευσεν ἐπί τε Φᾶσιν καὶ Μηδέην την Κολχίδα, καὶ Ἡρακλέα πλανηθέντα ἀπὸ τῆς νεὼς διὰ τὸν ἔρωτα τὸν Ὕλα λέγουσι περὶ τους Καππαδόκας ἀληθῆναι. Καὶ αὖθις· ,α' δὲ ἐτῶν ἀπο Σεμιράμεως, εἰς Μιτραῖον βασιλέα ἂν ἀριθμοῖτο, περιτελλομένων[7]) Μήδεια Κολχὶς ἀνεχώρησεν Αἰγέως, ἧς υἱὸς Μῆδος, ἐξ οὗ Μῆδοι καὶ ἡ χώρα ἐκλήθη Μήδεια. Εἶτά φησι· Μιτραίου δὲ τὴν ἀρχὴν διαδέχεται Ταύτανος, ζῶν καὶ αὐτος κατὰ ἔθη τὰ Ἀσσυρίων καὶ νόμους· καὶ ἄλλο μὲν οὐδὲν ἐγένετο οὐδὲ ἐπὶ τούτου καινὸν ἔργον, Ἀγαμέμνων δὲ καὶ Μενέλαος[8]) οἱ Μυκηναῖοι ἐστρατεύσαντο σὺν Ἀργείοισι καὶ τοῖσι ἄλλοισιν Ἀχαιοῖς εἰς Ἴλιον πόλιν τῆς Πριάμου τοῦ Φρυγὸς στρατηγίης. Sync. 315, 6—317, 7.

---

[1]) N. unâ ex errore omissâ litterâ exhibet „patres".

[2]) Sic in textu arm. Sed legendum videtur „Dionisê s. Dioniseâh" pro „Dionisi", ac vertendum „transgressus ultra Persei cladem a Dioniso (acceptam)", quem sensum A., qui in adnotatione ad h. l. verba codd. ad amussim transtulit, et Z. reddiderunt. A. „Postquam vero memorasset Perseum a Dionyso victum". Z. paullo liberius „Deinde omisso Perseo Bacchique triumpho".

[3]) Textus arm. retinet gr. formam Accus.

[4]) N. per scribae errorem „Sentem", A. „Mendeam", Z. „Medeam".

[5]) A. „Gimmeros versus", Z. „Cappadociam versus".

[6]) Z. aliquanto liberius „si quis mille annos a Semiramide ad Mithraeum numeret, eum rationes constare deprehensurum".

[7]) Z. „Medea" ut alibi semper.

[8]) N. „ab Enio s. Aenio", A. „ab Aegeo", Z. „ab Aegea".

[1]) sic AvG corr. pro *καὶ μεθέται* Codicis B.

[2]) sic AvG pro vulg. *ὧν ἔργον* vel *ἦν ἔργον.*

[3]) sic AvG pro *βαρβάρῳ* vel *βαρβάρους.*

[4]) sic C. Müllerus pro *βαρβάρους οὓς* Codicum.

[5]) uncis inclusit Aucher.

[6]) add. et interpunctionem mutavit AvG.

[7]) sic AvG pro *ἀριθμοὶ τὸ περιτελλόμενον* Codicum iterum interpunctione mutata. Adnotat idem numerum Mannorum corruptum esse.

[8]) *Μενέλεως* scripsisse Cephalionem e textu Armeniaco efficit AvG.

Medi, scilicet Mari[1]); regioque Media appellata est, quae est Marastan. Jam vero cruciatus (s. crucians)[2]), inquit, excipiebat Mitraei imperium Teutamus; vivebat et ipse secundum mores ac leges Assyriorum, atque per eum ne ullum quidem novum facinus fiebat.

„Agamemnon et Menelaeus (s. Menelêus) Mikenaei expeditionem faciebant cum Argivis adversus Ilion urbem sub (in) praefectura militum Priami Phrygii.

Exercitus Ionum (Graecorum) ait (scribens ad Teutamum) venerunt adversum me in terram tuam: et bello congressi sumus (cum iis), modo vicimus (vincimus), modo victi sumus (vincimur). Jam vero nunc ecce filius quoque meus Ektor mortuus est, et ex aliorum (s. aliis) liberis multi, fortesque. Mittas (mitte) ergo nobis copias qui veniant in auxilium, et ducem aliquem fortem.“ Postea singillatim refert, quomodo Teutamus auxilii suppetias ei miserit (mittit, mittat), ducemque exercitus Memnonem Tithoni filium; quem Thetalii insidiis factis occiderunt. Deinde singulatim dicit. „Millesimo decimo tertio anno rex Assyriorum fit Sardanapallus.“ Postea vero ejusdem casum describit (designat). „Postque mortem (inquit) Sardanapalli, Warbakes Medus, imperio Assyriorum everso, ad Medos imperium transtulit.“ Omnia haec Kephalion.

Verum qui in voluminibus occurrunt (stant, sunt) reges Assyriorum, juxta probatissima (certa, vera) volumina, hi sunt:

Assyriorum Reges.

I.	Ninus, quem primum omnibus Asianis, exceptis Indis, imperasse dicunt, annis LII. Sub quo reperitur, fuisse Abrahamum Ebraeorum nationis patriarcham.		
II.	Schamiram (Semiramis).	annis	XLII.
III.	Zames, qui Ninuas.	ann.	XXXVIII.
IV.	Arius.	ann.	XXX.
V.	Aralius, qui Amyrus.	ann.	XL.
VI.	Xerxes, qui et Balaeus.	ann.	XXX.
VII.	Amramithes.	ann.	XXXVIII.
VIII.	Belokhus.	ann.	XXXV.
IX.	Balaeas.	ann.	XII[3]).
X.	Aladas.	ann.	XXXII.

---

[1]) Sic enim ubique ab Armeniis vocantur Medi, et Media dicitur „Marastan“.

[2]) Sic vertenda est lectio textus arm., quae corrupta videtur, quare A. et Z. textum gr. secuti vertunt, A. „per successionem excipit imp.“, Z. „Mithraei imperium excipiebat successor“.

[3]) LII pro XII corrigendum esse vidit A.

XI. Mamithus. ann. XXX.
XII. Makhkhalaeus. ann. XXX.
XIII. Spherus. ann. XXII[1]).
XIV. Mamilus. ann. XXX.
XV. Sparêthus. ann. XL.
XVI. Askatades[2]). ann. XL.
Sub hoc fuit Moses Judaeorum legislator.
XVII. Amintas. ann. XLV.
XVIII. Bêlokhus. ann. XLV.
(*lege* XXV.)[3])
Hujus filia Tratres, quae Akhurardistsmin[4]) appellata est, regnavit annos XVII. Dionêsius et Perseus his temporibus erant.
XIX. Balatores. ann. XXX.
XX. Lamprides. ann. XXXII.
XXI. Sosmares. ann. VIII.
XXII. Lampares. ann. XXX.
XXIII. Pannias[5]). ann. XLII.
Sub hoc Argivorum[6]) classis navium et Herakles cognoscebantur (cognoscebatur).
XXIV. Sosarmus. ann. XIX.
XXV. Mithraeus. ann. XXVII.
XXVI. Teutamus. ann. XXXII.
Sub quo Ilion captum est.

Ἀσσυρίων κζʹ ἐβασίλευσε Τεύταμος, ὁ καὶ Ταντάνης παρά τισι λεγόμενος, ἔτη λβʹ. ἐπὶ τούτου Ἴλιον Εὐσέβιός φησιν ἁλῶναι. Sync. 285, 19.

XXVII. Teutaeus. ann. XL.
XXVIII. Thineus[7]). ann. XXX.
XXIX Derusus (Dercylus)[8]). ann. XL.
XXX. Eupalmes[9]). ann. XXXVIII.
Sub hoc exstitit[10]) Ebraeorum rex insignis; cujus filius Solomon templum Jerusalemi aedificavit.
XXXI. Laosthenes. ann. XLV.
XXXII. Peritiades. ann. XXX.
XXXIII. Ophrataeus. ann. XXI.
XXXIV Ophatanes[11]). ann. L.

1) N. „xx“.
2) N. G. „Askatages“ ex errore scribae.
3) sc. e conjectura A. sec. Canonem.
4) A. Canonem respiciens (cf. II p. 34) ultimam nominis syllabam „sm n“ separat, ac vertit „quae Achurardista appellata est, cum ipso“. Sed hoc si accipias, pro „smin“ scribendum erit „end smin“. Adstipulatur ei Z., nomen tamen barbarum „Achurardistsmin“ retinet.
5) Z. „Panyas“.
6) Sic textus arm., sed A. et Z. exhibent „Argonautarum“.
7) A. et Z „Thinaeus“.
8) Loco nominis „Derusus“ A. in parenthesi apponit, Z. in textum recipit „Dercylus“ Canonem sequentes. cf. II p. 58.
9) Z. „Eupalmeus“.
10) N. hic inserit „Davith“. Sic scribitur hoc nomen apud Armenios.
11) Z. „Ophratanes“.

XXXV.	Akrazanes.	ann.	XLII.
XXXVI.	Sardanapalles[1]).	ann.	XX.

Sub hoc Lakoriges[2]) (Lycurgus) Lakedmoniis leges ferebat. Usque ad hos reges Assyriorum regnaverunt, apud Athenienses regnante Thespio Ariphronis filio.

Simul universae Assyriórum dynastiae juxta certos scriptores anni MCCXL (sc. fuerunt), juxta alios autem anni MCCC. Thonnus Konkolerus, qui graece (ionice) Sardanapalles[3]) vocatur, a Warbake et Belesio devictus, seipsum igni tradidit: a quo ad primam olompiadem (sunt) anni XL.

Sardanapalli[4]) et Assyriorum imperium Warbakes tollens, Belesim[5]) principem constituit Babeloniorum; ipseque Assyriorum imperium ad Medos transtulit: quod tantum temporis extensum est.

MEDORUM.

Medorum Reges.

I.	Warbakes[6]).	ann.	XXVIII.
II.	Maudakes.	ann.	XX.
III.	Sôsarmus.	ann.	XXX.
IV.	Artikas[7]).	ann.	XXX.
V.	Deioes[8]).	ann.	LIV.
VI.	Phraortes.	ann.	XXIV.
VII.	Kiaxares[9]).	ann.	XXXII.
VIII.	Ashdahak[10]).	ann.	XXXVIII.

Sub hoc Kyrus Persis imperavit; Ashdahakum dejiciens, Medorum imperium sustulit (tollebât), quod (hucusque) duraverat annis CCXCVIII. Alii vero alios reges Medorum litteris mandant[11]).

LIDORUM.

Lidorum reges.

I.	Ardius Aliatae[12]) (filius).	ann.	XXXVI.
II.	Aliates.	ann.	XIV.

[1]) Z. „Sardanapallus". N. litteris vulgaribus huic nomini superscriptum habet „Assyriorum Ninus".

[2]) N. „Lakorides" G. item, sed suprascriptum „g" pro „d".

[3]) E. A. Z. „Sardanapallus". G. N. „Sardanapalles".

[4]) E. A. nomen „Sardanapalli" omittunt, Z. „A. Sardanapallo autem Assyr. imperium Varbaces auferens".

[5]) Hîc scribitur „Belesis", supra „Belesius".

[6]) A. hic ut alibi semper „Arbaces", Z. „Varbaces".

[7]) Z. „Artycas".

[8]) N. „Deioês", G. item, sed supra additum est „k". E. „Deiokes". A. Z. „Dejoces".

[9]) Z. „Cyaxares".

[10]) A. „Astyages", Z. „Asdahages".

[11]) Verba „Alii vero — mandant" N. scriptura vulgari addita exhibet.

[12]) Z. „Ardysus Alyatae".

III.	Meles[1]).	ann.	XII.
IV.	Kandaules.	ann.	XVII.
V.	Giges.	ann.	XXXV.
VI.	Argis[2]).	ann.	XXXVII.
VII.	Sardiartes[3]).	ann.	V.
VIII.	Odiartes[4]).	ann.	XLIX.
IX.	Krisus[5]).	ann.	XV.

Krisum Kyrus perimens, Lidorum imperium sustulit.

PERSARUM.

Persarum reges.

I.	Kyrus.	ann.	XXXI.
II.	Kambyses.	ann.	VIII.
III.	Zmerdis magus.	mens.	VII.
IV.	Dareh Weschtaspis[6]) (filius)	ann.	XXXVI.

Sub hôc templum Jerusalemi instaurabatur, postquam primum combustum erat a Babeloniis[7]).

V.	Xerxes Darehi (filius)	ann.	XX.
VI.	Artaschês[8]), qui Longimanus vocatus est.	ann.	XLI.

Sub hoc Ezr et Neêmia[9]) Ebraeorum duces cognoscebantur[10]).

VII.	Dareh[11]).	ann.	VII.
VIII.	Artaschês[11]).	ann.	XL.
IX.	Okhus.	ann.	XXVI.
X.	Arses[12]).	ann.	IV.
XI.	Dareh[11]).	ann.	VI.

Hunc Alexandrus Philipi (filius) occidit, simulque Persarum et Assyriorum imperio dominatus est annis XII. Post quem Makedonii erant (reges) annis CCXCV usque ad obitum Kleopatrae cujusdam mulieris, quae regnavit circa centesimam octogesimam septimam olompiadem. Sub qua Augostus[13]) Romanis imperavit; qui Sebastus appellatus est, id est (et transfertur) Colendus; (qui tunc, sc. anno quo Cleopatra

---

1) N. „Seles“, G. item, sed suprascriptum est „M“. E. A. Z. „Meles“.

2) N. G. „Argis“, E. A. „Ardis“, Z. „Ardys“.

3) Z. „Sodyates“.

4) N. „Oliartes“.

5) A. Z. „Croesus“.

6) A. „Darius Hystaspis“, Z. „Darius Vestaspis“.

7) Verba „Sub hôc — a Babeloniis“ in cod. N. scriptura vulgari addita sunt.

8) A. „Artaxerxes“, Z. „Artases“.

9) A. „Esdras et Neemias“, Z. „Ezdras et Nehemias“.

10) Cod. N. haec quoque verba „Sub hoc — cognoscebantur“ scriptura vulgari exhibet.

11) A. et Z. ut supra.

12) N. „Arkês“.

13) N. „Ogostus“.

mortua est) decimum quintum annum Romanorum imperii agebat: a quo usque ad CCII. olompiadem, in quam (secundum quam) Tiberii Caesaris quintus decimus annus incidit, comprehenduntur anni LII. Unde (i. e. a quo tempore) usque ad Kostandiani Vicennalia fiunt anni CCC. Atque haec hactenus. Dehinc vero ad Ebraeorum etiam chronologiam transgrediamur (transgrediemur).

EBRAEORUM.

Quomodo ab Ebraeis sit tradita chronologia.

Ebraeorum (sc. chronologiam) apposuimus ex Mose, et (ex iis), qui post eum inter Hebraeos feruntur, libris; atque ex Phlavii Jôsepi judaica antiquorum historia: nec non ex Aphrikani chronicis libris.

Quomodo Ebraei tempora describunt[1]).

Khaldaeorum et Assyriorum, Medorum ac Persarum, temporum simul et regum descriptio (historia), eadem est, quam primo capite diximus. Quod autem jam inde ab initio Khaldaea erat natio (gens) Ebraeorum, id quoque clare demonstratum est. Khaldaeum enim fuisse Abrahamum, ejusdemque majores Khaldaeorum regionem incoluisse, testimoniis confirmatum est; prout et Moses litteris commendans enarrat. „Et sumsit, inquit, Thara Abrahamum filium suum, et Lôtum filium Arrani, nepotem suum, et Sarram nurum suam, uxorem Abrahami filii sui, et eduxit eos e terra Khaldaeorum.“

Τὰ μὲν τῆς Χαλδαίων καὶ Ἀσσυρίων, Μήδων τε καὶ Περσῶν, ἔτι δὲ Αἰγυπτίων καὶ Ῥωμαίων χρόνων ὁμοῦ καὶ βασιλέων ἀναγραφῆς, ταῦτα ἂν εἴη. ἐπεὶ δὲ Χαλδαῖον[1]) *ἄνωθεν τὸ Ἑβραίων γένος ὑπάρξαι παραδέδοται, Χαλδαῖος γὰρ ἦν ὁ Ἀβραάμ, οἵ τε τούτου προπάτορες τὴν Χαλδαίων χώραν οἰκῆσαι μεμαρτύρηνται*[2]), *ὡς ἱστορεῖ Μωυσῆς λέγων· καὶ ἔλαβε Θάρρα τὸν Ἀβραὰμ υἱὸν αὐτοῦ, καὶ τὸν Λὼτ, υἱὸν Ἀρὰν, υἱὸν τοῦ υἱοῦ αὐτοῦ*[3]) . . . . . *καὶ ἐξήγαγεν αὐτοὺς ἐκ τῆς χώρας τῶν Χαλδαίων* [Genes. 11, 31] . . . . Eclogae hist. Cram. An. Par. 2, 166, 9.

Porro valde conveniens est juxta Khaldaeorum descriptionem, Ebraeorum quoque majorum historiam proxime digerere. Verum de diluvio (diluvii) narrationes, quae ab iis (sc. Hebraeis) memoriae produntur, perquam a Graecis (ionicis) fabulis distant, quas de diluvio sub Deukalione (facto) proferunt; atque plurimum antecedunt Ogigis tempora, et pariter magnum diluvium, quod ab Ionibus (Graecis) sub Ogige commemoratur: omnino (inquam) diluvium ab Ebraeis enarratum, ab illis temporibus distans mille ducentis ferme annis prius quam Ogigis tempora, quae ante diluvium sub Deukalione (factum) CCL[2]) annis antecedunt (antecedentia accidunt).

Verum enim vero cum Assyriorum commentariis, et cum tota historia, quae ibi de diluvio tradita est, non modicam affinitatem Ebraeorum scripta habent edocentia, ante diluvium, successiones generationum ex

[1]) Z. om. hanc inscriptionem.

[2]) N. G. in margine exhibent „x“ sc. pro „L“.

[1]) *Χαλδαίων* Cod., corr. AvG.

[2]) *μεμαρτύρονται* Cod., corr. AvG.

[3]) lacunam indicat AvG.

ordine (unam post alteram) ad decimum usque numerum extensas venisse s. durasse.

Atqui post diluvium a tribus viris per universum orbem terrarum genus hominum propagatum (disseminatum) est. Siquidem ab Jabetho totam Europam, atque ab Ammano monte usque ad occidentalem oceanum (okianum) gentium habitationem (exstitisse) dicunt, et a Chamo, Egiptum, Libaeorumque (Libyum) regionem, nec non ultra omnes ex occidentalibus partibus, a Semo vero, qui major natu frater erat, Assyrios, omnesque partes orientis.

At Babelonis primam aedificationem Nebrotho[1]) adscribunt Ebraeorum scripturae. Hoc modo, talibus (secundum idem, ejusdem modi) verbis referunt; quod „Khusch[2]) genuit Nebrothum". Khusch est Ethiops (Ethyopius), a quo Nebrothum natum arbitrantur[3]); de quo ait quidem Scriptura, quod „Hic coepit fieri gigas super terram. Hic erat gigas venator coram Deo; ob hoc dicunt: quod, sicut Nebroth gigas coram Deo. Et factum est initium regni ejus Babelon, et Ored, et Akhad, et Khalane in terra Senaar. E terra illa exiit Asur[4]), et aedificavit Ninuem[5])." Ninuem Ninum esse ajunt, quae Assyriorum prima urbs regia erat, quam aedificavit Assur. Erat autem (is) e filiis Semi, quem omnes orientis partes comprehendisse (habuisse) diximus.

Dicunt quoque, filios Semi fuisse Elam, et Asur, et Arphaxad[6]), et Aram, et Lud. Sed ab Elamo originem duxerunt (fiebant) Elamitae (Elamaei), prima gens Persarum; a quibus Elamajis quoque urbs condita fuit (condebatur). Ab Asuro autem Assyrii: aedificavit (aedificabat) (vero) Asur Ninum urbem, quae vocata est Ninuê. Et ab Arphaxado, Arphaxadaei (Arphaxaei); qui etiam Khaldaei vocabantur. Ab Aramo autem Aramaei; qui Syri[7]) quoque appellabantur: Et a Ludo, Lidaei (Lydi). Arphaxadi vero filius erat Sala; et ab eo Eber; a quo Ebraeorum nomen et natio propagata est (propagabatur, disseminabatur). Ab Ebero autem sextus successor erat Abraham, Judaeorum nationis patriarcha, decima(que) generatio post diluvium. Tantum sufficiat: siquidem breviter (pauca e multis) demonstratum est, communem (mixtam) esse Ebraeorum cum Khaldaeis

1) A. hoc loco „Nembrod", infra „Nebrod".

2) A. Z. „Chus".

3) Verba „Khusch — arbitrantur" tamquam glossam om. Z.

4) Modo „Asur" modo „Assur scriptum est.

5) A. ubique „Ninive".

6) A. „Arphaxat".

7) In lingua arm. tam Syri quam Assyrii vocantur „Asorikh".

. . . μετὰ δὲ τὸν κατακλυσμὸν, ἐκ τριῶν ἀνδρῶν τὰ κατὰ τὴν σύμπασαν οἰκουμένην ἔθνη συνέστη· ἀπὸ μὲν γὰρ τοῦ Ἰάφεθ Εὐρώπην καὶ τὰ ἀπὸ Ἀμανοῦ ὄρους μέχρι τοῦ δυτικοῦ ὠκεανοῦ οἰκισθῆναι φασίν· ἀπὸ δὲ τοῦ Χάμ, Αἴγυπτον καὶ Λιβύην, καὶ τὰ ἐπέκεινα πάντα ἐπὶ δύοντα ἥλιον . . . .

λέγονται οὖν γεγονέναι υἱοὶ Σὴμ Ἐλὰμ, καὶ Ἀσοὺρ, καὶ Ἀρφαξὰδ, καὶ Ἀρὰμ, καὶ Λούδ· ἀλλ' ἀπὸ μὲν τοῦ Ἐλὰμ γίνονται Ἐλυμαῖοι, Περσῶν γένος ἀρχαῖον, παρ' οἷς καὶ ἦν Ἐλυμαῒς πόλις· ἀπὸ δὲ τοῦ Ἀσοὺρ, Ἀσσύριοι· κτίζει δὲ Ἀσοὺρ πόλιν Νινευῒ, ἣν ὕστερον Νῖνος Ἀσσυρίων βασιλεὺς νεουργεῖ, Νῖνον ἀφ' ἑαυτοῦ μετονομάσας· ἀπὸ δὲ Ἀρφαξὰδ, Ἀρφαξαῖοι, οἱ καὶ Χαλδαῖοι· ἀπὸ δὲ τοῦ Ἀρὰμ, Ἀραμαῖοι, οἱ καὶ Σύροι[1])· ἀπὸ δὲ τοῦ Λοὺδ, Λυδοί. τοῦ δὲ Ἀρφαξὰδ υἱὸς γίνεται [Καϊνὰν, τοῦ δὲ][2]) Σάλα, τοῦ δὲ Ἔβερ, ἀφ' οὗ τὸ Ἑβραῖον ὄνομα καὶ γένος· ἀπὸ δὲ τοῦ Ἔβερ ἕκτος κατὰ διαδοχὴν γίνεται Ἀβραὰμ, ὁ τοῦ Ἰουδαίων ἔθνους προπάτωρ . . . .[3]) δέδεικται γὰρ ἐν βραχεῖ ἡ Χαλδαῖός τε καὶ Ἀσσύριος Ἑβραίων γενεά. Ecl. hist. Cram. An. Par. 2, 170, 19.

1) sic AvG, Cod. *Ἀσσύριοι*.

2) quae uncis inclusi, interpolata esse monuit AvG.

3) lacunam indicavit AvG.

et Assyriis propinquitatem (cognationem); quapropter satis congruum est statim juxta eosdem Ebraeorum chronologiae (chronographiae) exordium ducere.

Jam vero initium hujus chronologiae (chronographiae) illud primum narrat, quod ad nostram originem declarandam pertinet (s. spectat)[1], de deflexione ab optimo statu (s. a statu innocentiae)[2], (et) primam contexens (contexit) historiam de hominum generationibus (generibus); quorum primum patriarcham Adamum praedicat, qui universo hominum generi homonymus erat. Adam enim Ebraeorum lingua universim cunctos homines significat. Quorum (sc. primorum parentum) vitae tempus, postquam ejecti e Paradiso (ex horto) essent, Divinus Spiritus per Mosen enarrat; atque ex ordine conjunctim (conjungens) addit posterorum, ejusdem successorum, numerum (recensum); ac secundum singulorum aetates tempora, ut inde nobis quoque Ebraeorum chronologiam (chronographiam) connectere, in seriemque reducere liceat. Etenim habitationis in Dei nominato Paradiso (horto), tempora designare nemo ullo modo poterit. Videtur mihi, quod et mirabilis Moses Divino Spiritu melius (de meliori) quoddam habitaculum, quam nostrae terrae, felicissimae, beatissimas (de beatissimis) vitae Deo dilectae (s. Dei amantis, piae) mansiones innuat: namque Paradisum nuncupat primam generis humani (hominum) habitationem; erat enim in Paradiso Adam, in dulciore ac felicitatis (beatitudinis) pleniore vita quam hominum (sc. est): quo (sc. nomine s. qua re) omnino quidem de omnium generum hominibus edocendi (notificandi, manifestandi) signum est[3]).

Sed de illa habitatione praesens nostra chronographia narrare sermonem non suscipiat; neque ex quo coelorum et terrae, et (rerum) omnium creatio facta (stabilita) est, id quod nonnulli putarunt (s. sibi faciendum aut me facturum), sed ex quo mortale, quemadmodum nos sumus (secundum nos) hoc genus constitutum est, et ex quo talis viae (sc. mortalis vitae) ingressus a primo parente nobis fieri (esse) coepit (de nobis initium cepit fieri). Hic erat, qui e Paradiso cecidit, et a suavissima beatissimaque vita proscriptus reperiebatur, vocatusque est nomine Adam: cujus fatalis mortalisque vitae annorum numerum ex

[1]) Sic A. — ad verbum „quod secundum nostrum futurum s. futurorum introitum s. ingressum est", Z. „quae primigeniam nostram creationem spectant".

[2]) Text. arm. „de lapsu s. aberratione a bonitatibus" i. e. sive a bonis, bono, a felici statu, conditione, sive a bonis, a bono, a morum probitate, innocentiae statu, a bonis operibus.

[3]) Sive „manifestando significat" sc. Moses. Z. „quo (nomine) stirps hominem generatim designatur".

Ἀρχὴν δὲ τῆς ἐκ[1]) *τῶν χρόνων ἀναγραφῆς τὴν πρώτην ἱστορεῖ τῆς καθ' ἡμᾶς περιόδου γένεσιν, ἐκ τῆς τῶν κρειττόνων ἀποπτώσεως ἀρχαιολογοῦσα τὸ τῶν ἀνθρώπων γένος, οὗ προπάτορα τὸν Ἀδὰμ ἀνακηρύττει . . . . οὗ τῆς ζωῆς τοὺς χρόνους τοὺς μετὰ τὴν ἀποβολὴν τοῦ παραδείσου τὸ θεῖον πνεῦμα διὰ Μωυσέως ἱστορεῖ . . . τῆς γέ τοι ἐν τῷ καλουμένῳ θεοῦ παραδείσῳ διατριβῆς, οὐκ ἄν τις ἔχοι τεκμηριοῦσθαι τοὺς χρόνους· καί μοι δοκεῖ Μωυσῆς ὁ θαυμάσιος ἐν θείῳ πνεύματι, ἑτέρου κρείττονος ἢ καθ' ἡμᾶς αἰῶνος, τρισμακαρίου τε βίου καὶ θεοφιλοῦς ζωῆς, αἰνίττεσθαι περίοδον, ἣν καὶ παράδεισον ὠνόμασε, τοῦ πρώτου γένους ἀνθρώπων τὸ διαγώγιον. ἔφη γαρ*[2]) *τὸν ἐν παραδείσῳ Ἀδὰμ τὸν ἐν μακαρίᾳ ζωῇ ἄνθρωπον, οὕτω*[3]) *καθόλου τοῦ γένους δηλουμένου·*

Ἀλλ' οὐδὲ ἐκείνης ἡμῖν τῆς διαγωγῆς τοὺς λόγους ἡ παροῦσα περιλήψεται χρονογραφία, οὐδ' ἐξ οὗπερ οὐρανοῦ καὶ γῆς καὶ τοῦ παντὸς ἡ δημιουργία συνέστη, ὥς τινες ὑπειλήφασιν, ἐξ οὗ δὲ τὸ καθ' ἡμᾶς ὑπέστη γένος, καὶ ἡ καθ' ἡμᾶς αὕτη περίοδος, ἀπὸ τοῦ προπάτορος τῆς ἡμῶν αὐτῶν γενεᾶς ἀρχομένη· οὗτος δ' ἦν ὁ τοῦ παραδείσου ἐκπεσὼν καὶ τῆς μακαρίας ἐκείνης ζωῆς ἀπόβλητος, ἐπίκλην Ἀδάμ· οὗ τῆς ἐπικήρου καὶ θνητῆς ζωῆς τὸν τῶν ἐτῶν ἀριθμὸν, ἀπὸ τῆς τῶν Ἑβραίων ἀναλεξάμενος γραφῆς, ὁπόθεν καὶ ἡ Μωσέως βίβλος ἱστορεῖ, παραθήσομαι . . . . Ecl. hist. Cram. Anecd. Paris. 2, 166, 17.

[1]) *ἐκεῖ* scribendum esse putat AvG.

[2]) sic AvG, Armen. legit *ἔφυ γὰρ*, Cod. *εἰ γὰρ*.

[3]) sic AvG, Cod. *οὐ τὸ*.

Ebraeorum libris collectum deinde sequentibus immiscebo, unde quoque Ebraeorum chronologia (chronographia) initium facit: a quo nimirum et mosaicus liber hanc (loquendi) rationem usurpans enarrat.

„Et emisit (ejecit), inquit, eum“, scilicet (manifestum est) primum hominem, „Dominus Deus e Paradiso (horto) voluptatis, ut excoleret (colere) terram, unde sumptus erat (est). Et ejecit Adamum, et habitare fecit e regione Paradisi (horti) voluptatis.“ Quibus addens dicit: „Cognovit (Intravit) Adamus Evam uxorem suam; (quae) concepit, et peperit Kainum.“ Hinc (ergo) deinceps nostra praesens chronologia (chronographia) initium ducat: primam vero, aliquam (quaecunque ea fuerit) historiam, quasi ineffabilem a sequentibus temporibus (a conjungendo sequentibus temporibus) disjunctam relinquet (relinquat).

His autem addens dicit. „(Itaque) in veritate quomodo se habeat, non constat: juxta meam vero sententiam, ex ea gente, quae nunc Arkades nuncupantur, eos fuisse (dixerim), primum eos (per) ionium (iunium) sinum maris trajecisse, et in Italicorum terra habitasse; quos (quidem) deduxerit Inôtus Likonius[5]), qui quintus erat a Zeo et Phoroneo (Zei et Phoronei), XVII. generationibus ante trojanum bellum. Ojinotrus in montibus habitavit (habitans), atque Ojinotriam regionem vocavit (vocans), incolasque Ojinotrios; qui postea Italici sunt nominati ab Italo rege; a quo tota quoque regio Italia denominata fuit. Italum vero

[1]) Arm. h. l. „Aborogines“.

[2]) ad verbum „a s. e quibus dominatur“; sic enim vertit interpres arm. graecum „ἄρχει“, ut jam vidit Z.

[3]) N. „vocant“.

[4]) ad verbum „atque de Romanorum (s. romanis) scriptoribus“; sic enim habent G. N., et Z. qui vertit „quidam denique romani scriptores“, sed A. textum arm. secundum graecum in E. corrigendum putans vertit „At Romanorum diserti scriptores“.

[5]) Sic G. N., sed A. sec. t. gr. „Oenotrus Lycaonius“ et Z. „(duce) Oenotro Lycaonis filio“.

παραλαμβάνουσι, πολέμῳ μακρῷ τοὺς ἔχοντας ἀφελόμενοι . . . .

Τούτοις ἑξῆς Πελασγούς φησι καί τινας Ἑλλήνων κρατῆσαι τῆς γῆς . . . . . ὕστερον δὲ ἀπὸ βασιλέως Λατίνου[1])*, ὃς περὶ τὸν Ἰλιακὸν πόλεμον ἐδυνάστευσε, Λατίνους ἐπικληθῆναι.* Exc. Eus. l. c. pg. 161, 21—29. coll. Sync. pg. 365, 11—18. *[Μ]ετὰ δὲ ἑκκαίδεκα γενεάς, Ῥωμύλον τήν τε πόλιν κτίσαι, καὶ Ῥώμην ἐξ ἑαυτοῦ προςειπεῖν· συστῆσαί τε καὶ εἰς μέγεθος ἐπᾶραι*[2]) *την πολιτείαν.* Exc. Eus. l. c. pg. 161, 30—32.

[1]) AvG pro *Λατίνων*.

[2]) AvG pro *ἐπάραι*.

Morges excepit; a quo Morgetes (Morgei) sunt vocati. Ojinotri quoque frater, cujus nomen erat Peuketius, cum eodem colonia ab Arkadum terra migrante ad sinum Junium habitavit, atque ex ipso Peuketiorum (Peuketicum) nomen genti datum est (nomine gens vocata est)." Cuncta haec ex opinione dicit.

„Deinde vero de pelasgicis[1]) colonis Ionum dicit (eos) migrasse, et habitavisse in regionibus (partibus) Italicorum cum Aboriginibus. Pelasgi[2]) autem iidem Tyrrheni quoque dicti sunt et universa terra tyrrhenia nuncupata (est) ad cujusdam eorum ducis nomen, qui Tyrrhenus vocabatur. Postea Evander quidam ex Elladum terra, ex Arkadum urbe Palantio navali classe transvectus, postmodum in iisdem Italicorum locis habitavit, ubi Romam urbem aedificari contigit (contingebat). De Arkadibus dicit, (eos) litteraturam graecam (ionicam) in Italiam attulisse, instrumenta quoque nabliorum s. lyrarum musica, nec non leges tulisse iis. Post illos vero Heraklem quoque aliam ionicam classem secum duxisse, et in locis supra dictis habitasse. Jampridem (Primum) Saturnius vocabatur, unde et tota regio illa Saturnia nuncupata fuit. Herakli autem inibi filius natus (dicitur) Latinus nomine, qui et Aboriginum regioni sit dominatus; ex quo Latinienses vocati sunt. Latino autem sine (maribus) liberis defuncto, Aeniam Ankhisae filium principatum accepisse."

Omnia haec iterum breviter recolens hujusmodi verbis complectitur. „Convenientes gentes, et cum incolis terrae illius moribus familiaritatem colentes, ex quibus Romanorum gens eligebatur, ante eos, qui nunc urbem inhabitatam tenent, hae sunt: Primum Aborigines, qui Siculos (Sikilienses) ex his locis ejecerunt, Iones erant, (jam) a majoribus e PolOponeso, coloni cum Ojinotro migrantes, a regione, quae nunc Arkadia dicitur, ut mihi videtur. Deinde, qui illuc transmigrarunt, ex ea (sc. terra), quae olim (sc. vocata est) Aenemonia[3]), et nunc Thetalia appellatur, Thetalici erant. Tertio Pelasgi[4]), qui cum Evandro ab Arkadia ex Palantio urbe profecti sunt. Post hos turba quaedam ex iis, qui cum Herakle ad bellum Peleponesiorum congregati erant, accessit (exibat). Postremo (venerunt), qui cum Aenea elapsi erant Trojani, ex Ilio Dardanoque, et ceteris (s. et aliis) Trojanis oppidis."

---

[1]) Arm. „pêlêgicîs".
[2]) Arm. „Pêlêgii".
[3]) Z. sec. t. gr. „Haemonia".
[4]) Arm. ut supra „Pêlêgii".

Ex eodem libro, de tempore quo Aeneas in Italiam profectus est.

„Ilion, ait, captum fuit jam jam (ipsa) aestate vergente, XVII. diebus ante hibernum solstitium (hibernam conversionem sc. solis) factum, mense Elaphebolion, prout Athenienses tempora in usum adhibent: etenim supererant post ipsum solstitium dies v, qui annum illum complebant. Verum enim vero diebus XXXVII. ab expugnatione (Ilii) transactis, Akhaeos arbitror (videtur mihi) urbis moderatores fuisse, et legatos eo a secedentibus missos, et juramento cum iis ac foedere obstrictos (juratos et foederatos cum iis) fuisse. Sequenti (altero etiam) itaque anno ante[1]) expugnationem (sc. urbis) post autumnale aequinoctium Trojani a terra abeuntes discesserunt, ac (per) Elespontum dispersi trajiciebant; delati (descendentes) in Thrakiam hiemale tempus inibi transigebant; (ibique) persistentes alios quoque, qui cum illis erant fugitivi, exspectabant, et promti ac parati erant (stabant) ad cursum maritimum persequendum. Vere (autem) incipiente navem conscendentes (intrantes) a Thrakia abibant, et quum interjectum usque ad Sikiliam spatium navigatione complevissent, illuc delatis (venientibus) annus statim finem habuit (habebat), ibique secundam quoque hiemem traduxerunt (traducebant); in oppidis mixti cum Elimis in Sikiliensium (Siculorum) terra habitabant."

„Quum (vero) tempora navigationis venirent, solventes ab insula, trajiciebant Tyrrhenicum pelagus; et cum hoc perfecissent, Lôrentum ad Aboriginum littus pervenerunt (veniebant) media aestate; regioneque occupata, (et regionem occupabant, et) Lavinium inhabitabant, et secundum ab Ilii expugnatione explentes (explebant) annum. Et de his (quidem), ut mihi vidétur, utique declaravi (notum feci)."

„Porro Aenias templis aliisque ornamentis seorsum (separans) plurima (s. plura) loca instruebat, quae nunc quoque ad meos usque annos exstabant. Sequenti vero anno, hoc est tertio ab egressu, Trojanis solummodo imperat (regnavit). In quarto vero Latino defuncto, regnum quoque ejus ob affinitatis propinquitatem, haereditatemque ad Laviniam pertinentem (pervenientem), post Latini mortem sibi vindicabat."

Postque pauca eidem addens dicit: „Bello quidem, vehementique praelio ex his (iisdem) causis exaestuante (s. exorto), Latinus moritur, atque Turnus multique alii; sed qui cum Aenea erant, obtinebant (victoriam); atque imperium, quod ab affinitate provenit, Aenias

[1]) cf. not. Auch. 1, 368 ad h. l.

accipiebat: regnans (autem) annis III. post Latini obitum, anno quarto in bello moriebatur“.

Et post paululum, inquit, „Aenea ex hominibus amoto (decedente), anno quidem post Ilion captum septimo, Euryleon Latinorum principatum suscepit, qui Askanius in fuga denominatus est“. Postque ea eidem addens ait. „Anno regni tricesimo octavo, Askanio defuncto, Silvius regnum accepit frater Askani post mortem Aeneae a Lavinia Latini filia natus est“.

Iterum paulo post, dicit. Postquam Silvus undetriginta (uno deficiente a triginta) annis tenuisset potestatem, Aenias ejusdem filius in imperium successit, qui uno minus quam XXX annos regnavit. Postque eum annos LI. tenuit Latinus. Et post illum Albas uno deficiente annos quadraginta. Post Albam Epistus[1]) VI. annos supra viginti: deinde Kalpis[2]) duodetriginta. Postque eum Kalpetus per (usque ad) annos tredecim imperium tenuit. Post illum Tiberius[3]) octo annorum tempus regnavit. Hic in praelio, quod ad ripam fluvii cujusdam alicubi factum esse dicitur, interiit, equo ipsum in fluvii gurgitem injiciente, sui nominis participem fluvium reliquit (relinquebat), qui prius Albas[4]) vocabatur, deinde vero Tiberia[5]). Verum Tiberi successor Agripas regnavit annis XLI. Et post Agripam Amolius tyrannus pertinax (rigidam cervicem habens), Deoque invitus, undeviginti (uno minus viginti) (annis). Qui deos (daemones) contemnens, fulminum similitudines, et clangores (emittentes) tonitruum vocibus (s. sonis) similes, excogitavit (parabat), terrore ita afficiens homines, quasi Deus esset, dignus habebatur. Pluviis (tamen) et fulminibus in ejus domum irruentibus, stagnum quod prope aedes ejus erat, inopinato more in inundationem conversum domum abluit (abluebat s. obruebat sc. aquis), atque sic eversus cum tota domo exterminatus est (exterminabatur). Et nunc quoque in una stagni parte, quando aquarum motus cessat, et gurges sedatus quiescit, thalamorum rudera, aliaque aedificiorum vestigia (formae) apparent.

„Verum ab hoc Aventius imperium accepit, a quo unus e septem collibus nominatus est, qui intra urbem Romanorum sunt, (et) annis XXXVII. principatum tenuit.

---

[1]) G. N. E. Z. „Epistus“, A. in textu „Capetus“, sed in erratis „Capetus corr. Epistus (al. Capetus)“ atque hinc E. in parenthesi „Kapetus“. Z. in nota ad h. l. „Hoc et sequentia aliquot nomina a graeca scriptura abludunt“.

[2]) A. sec. t. gr. „Capys“, atque litteram „l“ tanquam spuriam notavit in E.

[3]) A. sec. t. gr. „Tiberinus“.

[4]) G. N. E. „Albas“, A. sec. t. gr. „Albula“, Z. „Alba“.

[5]) G. N. „Tiberia“, E. A. Z. sec. t. gr. „Tiberis“.

Post hunc Prokas, annis XXVIII. Deinde Amolius, qui per injuriam (cum provocatione s. lite) regnum obtinuit (obtinebat), quoniam Nemetori[1]) quippe debebatur, qui ejus major frater erat; annis XLII. tyrannidem exercuit (exercebat, tyrannus fiebat). Sed Amolo occiso (mortuo) a Romelo[2]) et Remo filiis nobilis puellae, ut (de quo) postea adhuc dicetur, post mortem ejus imperium ex lege assumsit (assumebat) Nemetor pater matris adolescentium. Altero autem imperii Nemetoris anno, trecentesimo (nempe) tricesimo secundo post Ilium captum, colonias (s. colonos) miserunt (mittebant) Albani, Romili et Remi ductu, Romamque condiderunt (condebant) eodem anno, septima (nempe) Olompiade, qua (s. quo) Daikles Messenius in stadio vincebat, Archonte Athenis Kharopo[3]), decennis ejus principatus anno primo."

Idem scriptor hoc etiam iisdem verbis adjicit, varias de Romanorum urbe historiarum rationes declarans.

De Urbis Romae exstructione.

„Multis quaestionibus de urbis exstructione factis, tam de tempore aedificationis (exstructionis), quam de conditoribus urbis; nec tamen ullius ex illis, ut mihi videtur, opportuna narratio est; quemadmodum ab omnibus patet, obiter (eam) percurri. Verum Kephalion Gergesaeus scriptor, vir perquam antiquus, secunda generatione post bellum Iliacum, ait urbem conditam ab iis, qui ex Ilio servati sunt, cumque Aenea erant, et habitatorem eidem (sc. Romae) Romum[4]) coloniae ducem recenset, atque de eo dicit unum ex Aeneae filiis fuisse. Nam quatuor Aeneae filios fuisse ait, Askanium et Euryleontem, Romilumque et Romum."

„Verum dictum est (a) Diodoro et Agathimo pluribusque aliis, tempus unum et coloniae ducem eundem esse: quique (forte Anonymus) (res) de Argivorum sacris (templis), et quaevis alia gesta peracta fuerant, in uno loco collegit, de Aenea dicit, (eum) ex Molotis in Italiam venientem cum Odiseo urbis conditorem exstitisse; eamque Romam appellasse secundum quandam e Latinorum feminis; de illa vero dicit, quod aliis (ceteris) Trojanorum civitatibus mandatum de-

[1]) A. h. l. et infra „Numitori", sed in textu „Nimetori".

[2]) A. et Z. h. l. et infra „Romulo" etc.

[3]) ad verbum: „in s. sub imperio Kharopi (Kharopis) Atheniensium".

[4]) Z. „Remum".

. . . καὶ ἁπλῶς εἰπεῖν πολλη γέγονε διαφωνία περί τε τοῦ χρόνου τῆς κτίσεως αὐτῆς καὶ τῶν οἰκιστῶν . . . . Κεφαλίων[1]) μὲν γὰρ ὁ Γεργησαῖος[2]) συγγραφεὺς πάνυ παλαιὸς μετὰ δευτέραν τῆς Τροίας ἁλώσεως γενεάν φησι τὴν πόλιν ἐκτίσθαι ὑπὸ Ῥώμου ἑνὸς τῶν Αἰνείου παίδων δ', ἀδελφοῦ δὲ Ἀσκανίου καὶ Εὐρυλέοντος καὶ Ῥωμύλου οὕς φησι γεγεννῆσθαι[3]) τῷ Αἰνείᾳ.

συμφωνοῦσι δὲ τῷ Κεφαλίωνι[4]) Δημαγόρας τε καὶ Ἀγάθυμος[5]) καὶ ἄλλοι πολλοὶ περὶ τοῦ χρόνου τούτου καὶ Ῥώμου τοῦ κτιστοῦ Ῥώμης καὶ οἰκιστοῦ αὐτῆς, κατὰ τὸν Κεφαλίωνα[6]) ἑνὸς αὐτοῦ πεφυκότος τῶν ἐξ Ἰλίου διασωθέντων καὶ ἡγεμόνος τῆς ἀποικίας Ῥώμου. ὁ δὲ τὰς ἐν Ἄργει συναγαγὼν ἱερείας οἰκιστὴν γενέσθαι τῆς Ῥώμης φησὶ τὸν Αἰνείαν ἐκ Μολοττῶν εἰς Ἰταλίαν ἐλθόντα σὺν Ὀδυσσεῖ, καὶ ταύτην εἰς ὄνομα Ῥώμης μιᾶς τῶν σὺν αὐτῷ Ἰλιάδων ὀνομάσαι,

[1]) AvG emendari iubet *Κεφάλων*.

[2]) Goar et AvG em. *Γεργήθιος*.

[3]) AvG pro *γεγενῆσθαι* e codd. AB.

[4]) AvG em. *Κεφάλωνι*.

[5]) Dindorf. em. *Ἀγάθυλλος*.

[6]) AvG em. *Κεφάλωνα*.

derit (daret), ut cum ipsis naves comburerent; erat enim degravata, molestia affecta ab errabunda vagatione[1]). Itidem (eidem simile) refert Edamastes Sideus (sidetes)[2]) et quidam alii.“

„Aristoteles autem philosophus de quibusdam ex Akhaeis narrat, qui a Trojanis discedentes Maleum versus navigabant, et violentis tempestatibus hibernis circumacti a ventis huc illuc agitati in omnibus maris partibus oberrantes, tandem (ad summum s. finem perducentes s. perducti) venerunt (veniebant) ad locum Opikae illum, qui Latinus vocatur, qui(que) ad Tyrenum pelagus (mare vâstissimum) situs est. Gaudebant terram (aridam) videre navem trahentes, educentes, ibique hiemale tempus terere, iterumque (ineunte) vere se ad navigandum parare. Quum (vero) naves nocte combustae essent (comburerentur), non inveniebant facultatem, quomodo proficiscerentur, invite ex necessitate in ea regione, ad quam pervenerant, vitam degentes (figentes). Hoc vero sic illis a captivis mulieribus evenit (eveniebat), quas ex Ilio secum ducebant; hae enim naves incenderunt (incendebant), veritae ne forte accideret, ut (ipsae) irent in Akhaeorum regionem habitandam (habitationis), ac si servitutem subirent.“

„Kallias vero, qui Agathoklis res ac gesta scripsit, mulierem quamdam Trojanam, nomine Romam, e venientibus cum ceteris Trojanis in Italiam nupsisse (ait) Latino Aboriginum regi, filiosque peperisse Romum[3]) et Romilum, qui urbem condiderunt (condebant, habitare faciebant), matrisque nomine urbis nomen vocabant.

Xenagoras autem scriptor, Odisei et Kirkes[4]) ait filios fuisse Romum[5]) et Antiam Ardeamque; qui tria oppida condiderint, et propriis nominibus parem nomenclationem urbium imposuerint. Dionisus tamen Khalkedensis, urbis conditorem Romum declarat; ipsumque[6])

1) A. „Ipsam vero ait, aliis etiam Trojanis foeminis“ (legendum censet „kanantz i. e. feminis“ pro „khaghakatz i. e. civitatibus“) „adhortatis, cum ipsis naves succendisse; erant enim molestia affectae et pertaesae errabundam vagationem“. Z. „Hanc autem ceteris ait troianis civibus“ (sic vertit pro „civitatibus“) „vagi erroris fessis atque pertaesis auctorem fuisse, ut secum naves inflammarent“.

2) A. „et Damastes Sygeus“ sec. t. gr., ac dicit in nota ad h. l. „edamastes sideatzi“ ex errore scriptum esse pro „jev damastes sigeatzi“, cui adstipulor. Z. „Damastes sidetes“.

3) A. „Remum“.

4) G. et E. corrupte „Odysweri et Kibkae“.

5) A. „Remum“.

6) Textus arm. exhibet „et juxta eum dicit, juxta quosdam“ etc.

τῆς ἐμπρησάσης ἅμα ταῖς ἄλλαις Τρῳάσι τὰ σκάφη, βαρουμένης τῇ πλάνῃ· ὁμολογεῖ δὲ σὺν ἄλλοις ταῦτα καὶ Δαμάστης ὁ Σιγειεύς. Sync. pg. 361, 14 — 362, 10.

Ἀριστοτέλης δὲ ὁ φιλόσοφος Ἀχαιῶν τινας ἱστορεῖ τῶν ἀπὸ Τροίας ἀνακομιζομένων περιπλέοντας Μάλεον[1]), ἔπειτα χειμῶνι μεγάλῳ καταληφθέντας, τέως μὲν ὑπὸ τῶν πνευμάτων φερομένους, πολλαχῇ τοῦ πελάγους πλανᾶσθαι· τελευτῶντας δὲ ἐλθεῖν εἰς τὸν τόπον τοῦτον τῆς Ὀπικῆς, ὃς καλεῖται Λάτιον, ἐπὶ τῷ Τυρρηνικῷ πελάγει κείμενος· [ἔνθα[2]) τὰς ναῦς ἀνελκύσαντες κατὰ χειμερινὴν ὥραν παρεσκευάζοντο πρὸς τὴν ἄπαρσιν ἔαρος ἀρχῇ.] Ἐμπρησθεισῶν δὲ αὐτοῖς ὑπὸ νύκτα τῶν νηῶν, οὐκ ἔχοντας ὅπως ἔτι ποιήσωνται τὴν ἄπαρσιν, ἀβουλήτῳ ἀνάγκῃ τοὺς βίους ἐν ᾧ κατήχθησαν χωρίῳ ἱδρύσασθαι· Συμβῆναι δὲ αὐτοῖς τοῦτο διὰ γυναῖκας αἰχμαλώτους ἃς ἔτυχον ἐξ Ἰλίου ἄγοντες· ταύτας δὲ κατακαῦσαι τὰ πλοῖα, φοβουμένας τὴν οἴκαδε τῶν Ἀχαιῶν ἄπαρσιν, ὡς εἰς δουλείαν ἀφιξομένας.

Καλλίας δὲ ὁ τὰς Ἀγαθοκλέους πράξεις ἀναγράψας Ῥώμην τινὰ λέγει Τρωάδα τῶν ἀφικομένων ἅμα τοῖς ἄλλοις Τρωσὶν εἰς Ἰταλίαν γήμασθαι Λατίνῳ τῷ βασιλεῖ τῶν Ἀβοριγίνων, καὶ γεννῆσαι παῖδας[3]) [τρεῖς][4]), Ῥῶμον καὶ Ῥωμύλον [καὶ Τηλέγονον· ὃν οἰκῆσαι ἐν ἄλλοις χωρίοις ἐλέγετο· ὑπομεῖναι δὲ Ῥῶμον καὶ Ῥωμύλον·] οὓς οἰκίσαντας[5]) πόλιν παρὰ τῆς μητρὸς αὐτῇ θέσθαι τοὔνομα [τῇ πόλει Ῥώμῃ][6]).

[Ξ]εναγόρας δὲ ὁ συγγραφεὺς, Ὀδυσσέως καὶ Κίρκης υἱοὺς γενέσθαι γ′[7]), Ῥῶμον, Ἀντίαν, Ἀρδέαν[8])· οἰκίσαντας δὲ τρεῖς πόλεις, ἀφ᾽ ἑαυτῶν θέσθαι τοῖς κτίσμασι τὰς ὀνομασίας. Διονύσιος δὲ ὁ Χαλκιδεύς[9]) οἰκιστὴν μὲν ἀποφαίνει τῆς πόλεως Ῥῶμον· τοῦτον δὲ

1) AvG cum Sync. pro Μαλεὸν.

2) ἔνθα — ἀρχῇ AvG suppl. e Syncello.

3) Cod. παῖδα.

4) quae uncis includuntur, AvG e Syncello supplenda esse censuit. idemque suspicatur, textum a Syncello e Dionysii Codice emendatum esse, conferens Ritschelii disputationem de Codice Urbinate Dionysii Halicarnassensis pg. 18.

5) AvG pro οἰκήσαντας.

6) AvG tanquam glossema ad αὐτῇ spectans seclusit.

7) Compendium Codicis Cramer perperam pro γῆς intellexit.

8) Cod. Ἀρχιέαν.

9) Cod. Χαλκηδεὺς.

juxta quosdam Askani fuisse filium dicit, et juxta alios, Emathionis."

„Quidam denique (autem) Romam conditam[1]) ajunt a Romo Itali filio et matris Leukae, Latini filiae. Habebant[2]) et alios multos e scriptoribus Graecorum (Ionum) in medium afferre, qui diverso modo de Urbis conditoribus disserunt: sed ne multiloquus esse existimer, ad Romanorum (jam) scriptores[3]) veniam."

„Antiquus non (poeta) epicus nec historicus[4]) Romanorum exstat; sed ab antiquis sermonibus, qui in nonnullis templorum libris servabantur, unusquisque desumens scripsit. Eorum quidam ajunt Aeneae filios fuisse Romilum et Remum, Romae conditores, alii vero Aeneae filiae filios: cujus autem patris, id non declarant. Illos(que) Aeneam Latino Aboriginum regi dedisse obsides inquiunt, quando fidem dabant inter se indigenae et advenae; exceptos eos Latinum cum aliis alimentis (curis) bene ac benigne habuisse (sc. ajunt) (atque adeo) illos, cum ipse absque virili prole decederet, haeredes cujusdam partis sui imperii reliquit (relinquebat)."

„Alii vero dicunt, quod Aenea defuncto Askaneus totum quidem Latini imperium accipiens, cum fratribus Romilo et Remo, regionem atque exercitum Latinorum in tres partes diviserit, ipsum Albam condidisse, aliaque oppida: Remum vero Kapenem proavi nomine et Pium[5]), atque Ankhisam, Ankhisae avi sui nomine, et Aeniam, quae Anikaus[6]) postea est appellata ab avo[7]): Romam autem Romilum suo nomine (sc. condidisse). (Dein per) aliquod tempus destructam esse contigit (contingebat) urbem; at rursum colonis adventantibus, quos Albani dimiserunt, Romili et Remi ductu, iterum pristinam exstructionem recuperasse, ita ut duplex utique esset Romae constructio, una paulo post Trojana bella, altera vero quindecim generationibus post priorem. Caeterum, si quis at-

λέγει κατὰ μέν τινας Ἀσκανίου, κατὰ δέ τινας Ἠμαθίωνος εἶναι παῖδα.

Εἰσὶ δέ τινες οἳ τὴν Ῥώμην ἐκτίσθαι λέγουσιν ὑπὸ Ῥώμου τοῦ Ἰταλοῦ, μητρὸς δὲ Λεύκης τῆς Λατίνου θυγατρός. καὶ περὶ μὲν τῆς κτίσεως Ῥωμαίων συγγραφεῖς ἅπαντες ὑπὸ Ῥωμύλου ταύτην ἐκτίσθαι φασίν· οἷς ἕπονται δήπου καὶ τῶν Ἑλλήνων οἱ ἀκριβέστεροι· εἰ καὶ πιθανώτερόν πώς ἐστι τὸ ὄνομα τῇ πόλει ἀπὸ Ῥώμου μᾶλλον ἢ ἀπὸ Ῥωμύλου τεθῆναι. Exc. Eus. l. c. pg. 162, 1—28; coll. Sync. pg. 362, 11—363, 20.

Κατὰ δὲ τοὺς Ῥωμαίων λογογράφους ὕστερον γεγονότας, ἐπεὶ παλαιὸς οὐδεὶς παρ' αὐτοῖς, οἱ μὲν Αἰνείου Ῥωμύλον καὶ Ῥῶμον φάσκουσιν υἱοὺς, ἕτεροι δὲ θυγατρὸς Αἰνείου, τίνος πατρὸς ἀγνοοῦντες· καὶ τούτους δ'[1]) *ὑπ' Αἰνείου δοθῆναι Λατίνῳ πρὸς ὁμηρίαν εἰρήνης, ὃς ἄπαις τελευτῶν μοῖραν τῆς ἀρχῆς αὐτοῖς ἀπένειμε·*

Τινὲς δ' αὖ φασιν Ἀσκάνιον τὸν Αἰνείου υἱὸν μετὰ τὴν τοῦ πατρὸς τελευτὴν νείμασθαι τὴν ἀρχὴν αμα Ῥέμῳ[2]) *καὶ Ῥωμύλῳ τοῖς ἀδελφοῖς, κτίσαι δὲ αὐτον μὲν τὴν Ἄλβαν καὶ ἄλλας πόλεις, Ῥέμον δὲ Καπύην ἀπὸ Κάπυος προπάππου, Ἄγχισαν*[3]) *δὲ ἀπὸ Ἀγχίσου τοῦ πάππου, Αἰνείαν δὲ τὴν μετὰ ταῦτα κληθεῖσαν Ἰάνικλον εἰς ὄνομα τοῦ πατρὸς, Ῥώμην δέ εἰς ἑαυτοῦ ὄνομα, ἥτις μετά τινα χρόνον ἐρημωθεῖσα ὑπὸ Ῥωμύλου καὶ Ῥέμου τῶν ἀδελφῶν ἀνεκτίσθη, χρόνοις ἔπειτα τῆς Ἀλβανῶν ἀποικίας ἡγησαμένων, κατὰ τὴν ζ'*[4]) *Ὀλυμπιάδα μετὰ ιε' γενεάς·*

[1]) Sic G. in marg. et N. „schinel", sed A. et G. in textu „linel" i. e. „factam".

[2]) Legendum videtur „unêï i. e. habebam s. haberem" pro „unêïn i. e. habebant s. haberent".

[3]) Codd. exhibent „scriptorem".

[4]) A. „nec historicus neque rerum scriptor". Z. „sive sermonum scriptor sive historicus nemo".

[5]) Codd. exhibent „Kapenem ad proavi nomen et Pium". A. „Capuam proavi nomine et Piam". Z. „Capuam a proavo Capy appellatam".

[6]) Sic sec. Codd. pro „Janiculum", ut jam viderunt A. et Z.

[7]) A. „a nomine avi (al. patris)", Z. „ex patre"; sed Codd. „ab avo".

[1]) AvG pro Codicum *τε* vel *τ'*.

[2]) AvG pro *Ῥώμῳ*.

[3]) AvG pro *Ἀγχίσην* cum Syncelli codd.

[4]) supplevit AvG.

tente prima tempora inspiciat, tertiam quoque iisdem antiquiorem (priorem) Romae aedificationem inveniet, priusquam Aeneas et Trojani in Italiam advenissent.

Hoc autem non adeo vilis (mediocris) quidam e scriptoribus narrat, sed Antiokhus Syrakusanus, cujus superius meminimus. Ita enim ait: Regnante Amorgete[1]) in Latinorum regione, namque Italia tunc erat e Taranto usque ad oram Posidoniae (Posidoni)[2]), venisse ad eum quendam virum quasi Roma profugum. Refert autem his verbis. Quum Italius consenuisset, Morges regnavit: hujus tempore vir pervenit (veniebat) Roma alicunde (ex aliquo loco), cui nomen erat Sikelus[3]). Itaque secundum Syrakusanorum scriptorem vetustior ac superior Trojanorum temporibus Roma invenitur; eaque vel iisdem locis, ubi nunc quidem hodierna urbs habitata est, vel alicubi alius[4]) pagus erat, qui ejus nomine appellabatur; ille enim incertum reliquit, neque ego quid certum proferre possum."

„Sed de antiqua aedificatione, ut puto, satis jam dictum est. Postremam vero, quam inhabitationemne dicere oporteat, vel exstructionem, sive quidvis aliud nuncupare, Timaeus Sikeliensis nescio quo Kanone usus, tempore exstructionis Karkhedonis fuisse ait, annis XXXVIII. ante primam Olompiadem: at Leukius Kinklius, vir e senatoriis consessoribus (judicibus), circa annum quartum duodecimae Olompiadis (ait). Erintus autem Phabius anno primo VIII. Olompiadis. Verum Katon Porkius graeca tempora non definit (discernit), sed tamen diligentiam adhibens, si quis alius ita reperiatur antiquorum historiam colligens, CCCCXXXII. annis posteriorem bello Iliaco dicit. Atque hoc tempus si cum Erastothenis[5]) chronographia conferatur, in primum annum septimae Olompiadis incidit. Quod autem Kanones, quibus Erastothenes usus est, integri sint, et quomodo quis Romanorum tempora cum Graecis (Graecorum, Ionum) adaequare queat, altero quidem sermone declaravi." Totidem vel ipse Dionisius in primo (sc. libro) historiae antiquitatum Romanorum, ea tempora, quae consequuntur Ilium captum, ordine recenset. Aeneae (nempe) fugam ex Troade, eumque in Italiam delatum; et qui ab eo, postque eum Latinis imperaverunt usque ad Romilum conditamque Romam; quaeque varie ab antiquis de

[1]) Z. sec. t. gr. „Morgete".
[2]) Z. „Paesti".
[3]) Z. „Siculus".
[4]) N. om. „alius".
[5]) Codd. h. l. et infra exhibent „Erastothenes".

Ἀντίοχος δὲ ὁ Συρακούσιος[1]) *καὶ πρὸ Τρωϊκῶν φησι τὴν Ῥώμην ἐκτίσθαι, βασιλεύοντος Μόργητος Ἰταλίας ἀπὸ Τάραντος ἄχρι Ποσειδωνίας, μετὰ τὸν πρῶτον λεγόμενον Ἰταλὸν βασιλέα καταγεγηρακότα .... καὶ ταῦτα μὲν περὶ τῶν παλαιῶν αὐτῆς κτίσεων·*

[Π]ερὶ δὲ τοῦ χρόνου τῆς οἰκίσεως Τίμαιος ὁ Σικελιώτης, οὐκ οἶδ' ὅτῳ κανόνι χρησάμενος, ἅμα Καρχηδόνι κτιζομένῃ γενέσθαι φησίν, ὀγδόῳ καὶ τριακοστῷ πρότερον[2]) *ἔτει τῆς πρώτης Ὀλυμπιάδος· [Λεύκιος*[3]) *δὲ Κίγκλιος*[4])*, εἷς τοῦ βουλευτικοῦ συνεδρίου Ῥώμης, κατὰ τὸ δ' ἔτος τῆς ιβ' Ὀλυμπιάδος]· Κόιντος δὲ Φάβιος κατὰ τὸ πρῶτον*[5]) *ἔτος τῆς ὀγδόης Ὀλυμπιάδος [κτισθῆναι τὴν Ῥώμην]*[6])*. [Κ]άτων δὲ Πόρκιος Ἑλληνικὸν μὲν οὐχ ὁρίζει χρόνον· ἐπιμελὴς δὲ γενόμενος, εἴ καί τις ἄλλος, περὶ τὴν συναγωγὴν τῆς ἀρχαιολογουμένης ἱστορίας, φαίνει δύο καὶ τριάκοντα καὶ τετρακοσίοις [ἔτεσι]*[7]) *παρελθοῦσαν τῶν Ἰλιακῶν· ὁ δὲ χρόνος οὗτος ἀπαμετρηθεὶς ταῖς Ἐρατοσθένους χρονογραφίαις, κατὰ τὸ πρῶτον ἔτος ἐμπίπτει τῆς ἑβδόμης Ὀλυμπιάδος. Ὅτι δέ εἰσιν οἱ κανόνες ὑγιεῖς οἷς Ἐρατοσθένης κέχρηται, καὶ πῶς ἄν τις ἀπαριθμοῖ τοὺς Ῥωμαίων χρόνους πρὸς τοὺς Ἑλληνικοὺς ἐν ἑτέρῳ δεδήλωταί μοι λόγῳ· [τ]αῦτα μὲν ἐκ τῶν Διονυσίου·* Exc. Eus. l. c. pg. 162, 29 — 163, 10; coll. Sync. pg. 364, 19 — 365, 11.

[1]) AvG pro *Συρακόσιος* cum Syncelli codd.
[2]) AvG pro *προτέρῳ*.
[3]) *Λεύκιος — Ὀλυμπιάδος* suppl. AvG e Syncello.
[4]) Dindorf. emendari iubet in *Κίγκιος*.
[5]) Cod. *α'*.
[6]) haec AvG tanquam glossema seclusit.
[7]) haec ad explendam sex litterarum in Codice lacunam AS.

Romanorum urbis exstructione referuntur, singula describit.

Quidam vero dicunt, quod Pikus Kroni filius in Laurenti terra (regione) primus regnaverit, ad illum usque locum, ubi nunc Roma sita est, annis XXXVII. Postque eum Phaunus filius Piki, annis XLIV. Cujus aetate Herakles ex Hispaniae (Spaniae) terra delatus aram in foro Boario exstruxit, eo quod Malum (ceu *κακον*)[1]) filium Vulcani (Ephesti) necaverat. Post quem Latinus regnavit (regnabat) annis XXXVI. unde et Latini sunt denominati. Hujus anno trigesimo tertio Ilion captum est. Post quem Aenias Ankhisae (filius) adversus Rutulos dimicans, Turnum interfecit, atque Latini filiam Laviniam uxorem duxit, urbemque Laviniam condidit (condebat), ex quo (sc. tempore) regnavit annis III. Haec ergo breviter ab exterorum libris mutuati narravimus.

Age nunc ad alterum quoque harum rerum testem transeamus, Diodorum videlicet, qui omnes bibliothecas in unum idemque emporium (thesaurum) summatim collegit: siquidem et Romanorum historiam VII. suo libro his verbis conscribit.

. . . τοῦτο μόνον σημαίνοντες ὅτι πρὸ Αἰνείου α' φασὶ Πεῖκον υἱὸν Κρόνου βασιλεῦσαι χώρας Λαυρέντου λζ'. εἶναι δὲ τὴν χώραν ἕως τῆς νυνὶ Ῥώμης πόλεως, μεθ' ὃν Φαῦνον τὸν υἱὸν αὐτοῦ Πείκου τοῦ καὶ Διὸς ἔτη μδ'. τοῦτον δέ φασί τινες Ἑρμῆν, καθ' ὃν Ἡρακλῆς ἀπὸ Σπανίας ἐπανελθὼν ἐν Φόρῳ τῷ λεγομένῳ Βοαρίῳ βωμὸν ἤγειρε, διότι ἀνεῖλε Κάκον[1]) *τὸν Ἡφαίστου υἱόν· ὡς δέ τισιν ἔδοξε, καὶ ἐβασίλευσε μετὰ Φαῦνον ἔτη λε' ὁ Ἡρακλῆς· ἔπειτα Λατῖνος ἔτη λς'· τούτου κατὰ τὸ λγ' ἔτος . . . . . Αἰνείας ἐξ Ἰλίου παραγενόμενος σὺν τοῖς μετ' αὐτοῦ ὅπλοις καὶ πλούτῳ παρεσκευασμένος, συμμαχήσας τε αὐτῷ Λατίνῳ κατὰ Ῥουτούλων καὶ Τοῦρνον ἀνελὼν Λαβινίᾳ ζεύγνυται Λατίνου θυγατρὶ τοῦ βασιλέως, καὶ βασιλεύει τῆς χώρας μετὰ τὸν Λατῖνον ἔτη γ', κτίσας πόλιν ἐπ' ὀνόματι τῆς γυναικὸς Λαβινίαν, ἐν ᾗ καὶ ἐβασίλευσε·* Sync. pg. 322, 20 — 323, 13; coll. pg. 450, 11 — 16. Attamen Syncellum haec non ex ipso Eusebio hausisse, sed communi fonti Julio Africano debere monuit AvG.

Ex septimo[2]) *Diodori Libro de veterum Romanorum generatione.*

„Nonnulli Historicorum (epico more) scribentes, Romileos ex Aeneae[3]) filia natos, Romam condidisse existimaverunt; id tamen verum non est. Siquidem multa tempora Aeniam inter et Romilum reges intersunt. Romam (sane) Olompiade III (VII)[4]) anno secundo conditam esse (comperimus): nam haec exstructio annis plusquam CCCCXXXIII. Trojanorum bello posterior est. Etenim Aenias annis adhuc tribus post Trojanos captos elapsis, Latinorum regnum obtinuit; quo per triennium potitus, ex hominibus sublatus est (tollebatur), et immortalem honorem assequutus (assequebatur). Cujus imperium ejusdem filius Askanus accipiens Albam (Alban), quae nunc Longa[5]) (Longas)

Περὶ τῆς ἀρχαιογονίας Ῥωμαίων ἐκ τῆς ζ' Διοδώρου Σικελιώτου.

Ἔνιοι μὲν οὖν τῶν συγγραφέων πλανηθέντες ὑπέλαβον τοὺς περὶ τὸν Ῥωμύλον ἐκ τῆς Αἰνείου θυγατρὸς γεννηθέντας ἐκτικέναι[2]) *τὴν Ῥώμην· τὸ δ' ἀληθὲς οὐχ οὕτως ἔχει, πολλῶν μὲν ἐν τῷ μεταξὺ χρόνῳ τοῦ τ'*[3]) *Αἰνείου καὶ Ῥωμύλου γεγονότων βασιλέων, ἐκτισμένης δὲ τῆς Ῥώμης*[4]) *κατὰ τὸ δεύτερον ἔτος τῆς ζ' Ὀλυμπιάδος· αὕτη γὰρ ἡ κτίσις ὑστερεῖ τῶν Τρωϊκῶν ἔτεσι τρισὶ πλείοσι*[5]) *τῶν υ' καὶ λ'. Αἰνείας γὰρ μετὰ τὴν ἅλωσιν τῆς Τροίας ἐτῶν τριῶν παρελθόντων παρέλαβε τὴν τῶν Λατίνων βασιλείαν, καὶ κατασχὼν τριετῆ χρόνον ἐξ ἀνθρώπων ἠφανίσθη καὶ τιμῶν ἔτυχεν ἀθανάτων. τὴν δ' ἀρχὴν διαδεξάμενος Ἀσκάνιος υἱὸς ἔκτισεν Ἄλβαν τὴν νῦν καλουμένην Λόγγαν, ἣν ὠνόμασεν*

1) G. in textu et N. „eztschorrordn i. e. quartum", sed G. in marg. et E. „ez Tschar wordin" i. e. „Malum filium", procul dubio ex ingeniosa Aucheri conjectura.

2) In codice Etschmiádzinio, cujus specimen accepimus, legitur „Ex octavo".

3) N. et Apogr. cod. Etschm. falso „Nineae s. Nini".

4) Z. et G. in marg. (e conjectura Aucheri?) „VII", sed G. in textu, N. et cod. Etschm. „III". In cod. Etschm. fere semper legitur „Olimp." pro „Olomp."

5) Sic N., et cod. Etschm., sed cod. Hieros. et E. „Lonkam", A. Z. „Longam".

1) AvG pro *Κάκος*.

2) AvG pro *γεννηθέντα κεκτικέναι*.

3) AvG pro *τε* cum Exc. Eus.

4) AvG pro *πόλεως* cum Exc. Eus.

5) AvG pro *πλείω* cum Exc. Eus.

vocatur, condit (condebat), quam nomine fluvii appellavit, qui tunc Alba (Alban) vocabatur, nunc vero nomine Tiberis (Tiberi) vocatur.

Verum de nomine urbis Phabius, Romanorum rerum scriptor, alienas adjungit fabulas. Ita enim dicit: quod Aeneae mandatum fuerit, quasi aliquis quadrupes ipsi indicaret, ubinam eum oporteat urbem condere. Quum vellet porcam fetam, ac omnino candidam mactare ac immolare, ea e manibus elapsa rapido cursu ascendit (ascendebat) collem quendam, ubi triginta porcellos edidit (edebat). Aenias itaque admiratione captus, et mandatum explere volebat (nimirum) manum admovere et locum exstruere. (Sed) speciem quandam in somno vidit (videbat) aperte eum prohibentem, monentemque, ut (demum) post annos xxx. aequali editorum porcellorum numero, exstrueret; atque (ideo) a propositis rebus destitit (eum destitisse).

Post Aeneam defunctum, Askanus ejusdem filius regnum assumpsit: (dehinc vero) annis xxx. transactis, collem aedificavit (i. e. aedificiis complevit), et urbem Albam (Alban) appellavit, ad porcae colorem: nam Latini secundum suam linguam *τὴν Λευκὴν*[1]) Albam (Alban) vocant: alteram quoque ei nomenclationem imposuisse (sc. dicitur), Longam, quae translata vocatur *Μακράν*[2]); quoniam latitudine angusta erat, et longitudine magna.“ Iisdem addens dicit: „Askanius urbem regiam Albam (Alban) fecit, et non paucos e circumjacentibus incolis prostravit (subvertit); (adeoque) vir praeclarus factus est, et obiit annis regnans xxxviii“.

„Postque ejus obitum controversia orta est in media multitudine (populo) duorum causa de regno inter se invicem contendentium. Julius enim cum filius esset Askani, dicebat: mihi convenit paternum imperium; et Silvius Askani frater, Aeneaeque et Silvae primae uxoris Latini filius dicebat: mihi competit. Huic enim post Aeneae obitum insidiae factae sunt ab Askano; namque dum adhuc infantulus esset, in monte a quibusdam armentariis educatus, Silvius est dictus (nominabatur) ad nomen montis[3]) Latinorum, quem Silvam vocitabant. Ex utraque ergo parte disputantibus, multitudinis electione[4]) regnum Silvius suscepit. Julius autem imperio privatus, Pontifex maximus constitutus est, et quasi secundus rex

ἀπὸ του ποταμοῦ τοῦ τότε μὲν Ἀλβᾶ καλουμένου, νῦν δὲ Τιβέρεως ὀνομαζομένου.

Περὶ δὲ τῆς προσηγορίας ταύτης Φάβιος ὁ τὰς Ῥωμαίων πράξεις ἀναγράψας ἄλλως μεμυθολόγηκε. φησὶ γὰρ Αἰνείᾳ γενέσθαι λόγιον τετράπουν αὐτῷ καθηγήσασθαι πρὸς κτίσιν πόλεως· μέλλοντος δ' αὐτοῦ θύειν ὗν ἔγκυον τῷ χρώματι λευκὴν ἐκφυγεῖν ἐκ τῶν χειρῶν καὶ διωχθῆναι πρός τινα λόφον, πρὸς ᾧ κομισθεῖσαν τεκεῖν λ' χοίρους· τὸν δὲ Αἰνείαν τό τε παράδοξον θαυμάσαντα καὶ τὸ λόγιον ἀνανεούμενον ἐπιχειρῆσαι μὲν οἰκῆσαι τὸν τόπον, ἰδόντα δὲ κατα τὸν ὕπνον ὄψιν ἐναργῶς διακωλύουσαν καὶ συμβουλεύουσαν μετὰ λ' ἔτη κτίζειν, οσοςπερ ὁ τῶν τεχθέντων ἀριθμὸς ἦν, ἀποστῆναι δὴ[1]) *τῆς προθέσεως.* Sync. pg. 366, 1 — 367, 3; coll. Exc. Eus. l. c. pg. 163, 10 — 25.

---

[1]) Arm. interpres „spitak i. e. albus“.

[2]) Arm. „erkain i. e. longus“.

[3]) Z. jure hic observat, dicendum fuisse interpreti Arm. „ad nomen saltus“ pro „ad nomen montis“.

[4]) ad verbum „a multitudine electionis“ pro „electione multitudinis“ sec. usum loquendi Arm.

---

[1]) AvG pro *δέ*.

erat (s. regnabat): a quo ortam hucusque Juliam familiam Romae perdurare ajunt."

„Silvius nihil dignum memoria (quod describi mereatur,) in imperio egit, et obiit, cum regnasset annis XLIX. Cujus imperium filius ejusdem Aenias accepit, qui cognominatus est Silvius; dominatusque plus quam triginta annos. Post quem Latinus regnavit, qui vocatus est Silvius, annis L. Hic in rebus gerendis (in re) et in bello validus repertus finitimam regionem evertit (evertebat), atque urbes antiquas, quae antea Latinorum vocabantur, XVIII. condidit (condebat). Tiburam (nempe), Praenestum, Kabios, Tiskalum, Koram, Kometiam[1]), Lanuvium, Labikam[2]), Skaptiam, Satrikum, Arkiam[3]), Telenam[4]), Okostomeriam[5]), Kaeninum[6]), Phlegenam[7]), Kmerium[8]), Mediplium[9]), Boilum(que), quam nonnulli Bolam vocant[10])."

„Defuncto autem Latino, rex electus est filius ejusdem Albas Silvius[11]), qui annis XXXVIII. imperitavit. Post quem Epitus Silvas[12]) annis XXVI. Quo defuncto, in regnum suffectus est Apis[13]), qui annis regnavit duodetriginta. Et post eum Kalpet ejusdem filius; dominatusque est annis XIII., Tiberius Sylvius vero annis VIII. Hic adversus Tyrenos exercitum movens, cum per Albam (Alban) amnem copias traduceret, in gurgitem lapsus, obiit; unde et fluvius appellatus est Tiberis[14]). At post ejus obitum Agripas in Latinos regnavit, unum supra quadraginta annos. Postque hunc suscepit (regnum) Arramulius[15]) Silvius, undeviginti annis."

„De hoc dicunt, quod cunctis vitae diebus superbus fuerit, adeoque se efferebat et adversabatur contra vim Jovis (Aramazdi): quin etiam quum interdum tempore fructuum (autumni) tonitrua assidua ingentiaque fierent, mandabat exercitibus, ut (universi) ex uno

---

1) Z. „Pometiam". E. ex errore „Kometriam".
2) A. Z. „Labicum".
3) A. Z. „Ariciam".
4) A. Z. „Tellenas".
5) Z. „Crustumerium".
6) A. Z. „Caeninam".
7) Z. „Fregellas".
8) A. Z. „Cameriam". E. „Kamerium".
9) Z. „Medulliam". Arm. „Mediplion".
10) Cod. Etschm. „scribunt".
11) Cod. Etschm. „Sulius".
12) Codd. exhibent „Silvas". A. Z. „Sylvius".
13) E. „Kapis", A. Z. „Kapys", reliqui „Apis".
14) Sic G. N., sed cod. Etschm. „Tiberius".
15) Sic codd. et E. A., sed Z. „Amulius" et in nota ad h. l. contendit ita legi in cod. Arm.

edicto unanimiter gladiis clypeos concuterent, quo (atque) existimabat sonum ex his editum superare posse vel ipsa tonitrua; proptereaque poenas dedit (dabat) suae in deos arrogantiae, fulminis ictu exstinctus, totaque domus ejus[1]) in Albano stagno immergebatur. Ostendunt (sane) hucusque rerum vestigia Romani juxta stagnum habitantes, columnas (nempe) subter aquis in altum visas, quae inibi in profunditate regiae domus exstant."

„Post hunc Aventius electus fuit, qui cum VII. supra XXX. annos potitus esset, in quodam praelio cum suburbanis (suburbanorum)[2]), in angustiam actus, juxta Aventium collem cecidit (cadebat), unde collis Avèntius dicebatur. (Dein) demortui in locum suffectus est filius ejusdem Prokas[3]) Silvius, regnavitque annis III. supra viginti. Quo mortuo, junior filius Amolius per vim regnum tenuit; eo quod in regiones longinquas profectus erat Numitor[4]), ejusdem frater major natu[5]) ac germanus[6]). Amolius (ergo) paulo plus annis XLIII. regnavit, atque a Remo et Romilo, qui Romam condiderunt, interficitur (interficiebatur, moriebatur).

Sunt autem singuli reges Romanorum hi.

I.	Aenias post annum quartum ab Ilio capto, in Latinos regnat	annis	III.
II.	Askanius.	ann.	XXXVIII.
III.	Silvius[7]) Aeneae (filius).	ann.	XXVIII.
IV.	Aenias Silvas[8]).	ann.	XXXI.
V.	Latinus Silvius.	ann.	L.
VI.	Albas Silvas[8]).	ann.	XXXIX.
VII.	Epitus[8]) Silvas.	ann.	XXVI.
VIII.	Kapis Silvius.	ann.	XXVIII.
IX.	Karpentus Silvas[9]).	ann.	XIII.
X.	Tiberius[10]) Silvius.	ann.	VIII.
XI.	Agripas Silvas[8]).	ann.	XXXV[11]).
XII.	*Amulius Silvius.*	*ann.*	*XIX*[12]).
XIII.	*Aventius.*	*ann.*	*XXXVII*[13]).

1) N. et cod. Etschm. „ejusdem".
2) Diodorum ἀστυγείτονες scripsisse putat Gutschmidius.
3) Sic E. A. Z., sed codd. exhibent „Porkas".
4) Sic A. Z., sed codd. „Nomintôr".
5) „major natu" tantummodo in cod. Etschm. legitur.
6) Z. minus recte „regni heres".
7) Cod. Etschm. „Silvus".
8) A. „Sylvius", Z. „Silvius", codd. „Silvas".
9) Z. „Calpetus", A. sec. codd. „Carpentus".
10) N. et Cod. Etschm. „Tiberus".
11) N. „XLI", reliqui „XXXV".
12) Sic N. et Z., cod. Etschm. „Amralius" — sed in cod. Hieros. hic et sequens omissi sunt, E. „Aramulius", A. „Aremulus".
13) Cod. Etschm. „XXXV".

XIV.	Prokas[1]) Silvas[2]).	ann.	XXIII.
XV.	Amolius Silvas[2]).	ann.	XLII[3]).

Romilus Romam condit, regnatque septima Olompiade. Sunt itaque ab Aenea usque ad Romilum anni CCCCXLVIII[4]). Ab Ilio vero capto, anni CCCCXXXI.

A Romelo, qui Romam condidit, reges hi dinumerantur.

I.	Romilus.	annis	XXXVIII.
II.	Numas Pompilius.	ann.	XLI.
III.	Tullus Hostilius[5]).	ann.	XXXIII[6]).
IV.	Ankius Markus.	ann.	XXXIII.
V.	Tarkinus[7]).	ann.	XXXVII.
VI.	Servilius.	ann.	XLIV.
VII.	Tarkinius[8]) superbus.	ann.	XXIV.

Reges Romanorum VII. qui post Romilum exstiterunt, ad annos usque CCXLIV. deducti, desierunt. Sunt autem ab Ilio capto usque ad Romilum anni *CCCCXLI[9]). Simul omnes anni DCLXXV.*

Horum profecto a Romilo, inquam, usque ad Tarkinum, regum Romanorum tempus (vel ipse) Alikarnasseus Dionisus juxta primam Olompiadem breviter exponit, ita scribens.

Dionisi Alikarnassei, de regibus qui post Romilum Romae exstiterunt.

„Porro ab exactis regibus, usque ad primum urbis Principem Romilum (retro nempe) tempus computatum annos efficit CCXLIV[10]). Id quod patet ex regum successoribus annisque, quibus unusquisque imperium tenuit. (. . .) Post vero Romili mortem absque rege[11]) mansisse (sc. dicit) urbem unius anni tempore. Dein Numas Pompilius ab exercitu electus est, regnavitque annis XLIII.“

„Tullus autem Hostilius[12]) post Numam annis

[1]) N. „Porkas“.
[2]) A. „Sylvius“, Z. „Silvius“, codd. „Silvas“.
[3]) N. „XLIII“.
[4]) N. „CCCCXXVII“.
[5]) Sic A., E. vero „Tullus Ostilius annos XXXIII“. Codd. „Tulvus wor stilius s. or stilius“ (ex errore pro „Ostilius“) i. e. „Tulvus, qui stilius“ s. T. „Orstilius annos XXX“, Z. „Tullus, idemque Hostilius ann. XXX.“ et in margine „Cod. Arm. hic et infra Otilius“.
[6]) Codd. „Tarkinus“, E. „Tarkinius“, A. Z. „Tarquinius“.
[7]) Cod. Etschm. ex errore „Markinus“.
[8]) N. „CCXLV“ in textu, sed in margine „CCXLIV“.
[9]) N. „CCXXXI“.
[10]) Codd. „XLIV“, A. ex errore „CCCCXLIV“, sed in textu arm. „CCXLIV“.
[11]) Jam A. recte docet pro „thagavor“ i. e. „rex“ legendum esse „anthagavor“ i. e. „sine, absque rege“.
[12]) Codd. „Stilius“.

XXXIII. Et qui sub hoc regnavit Ankus[1]) Markus, annis IV. supra XX. Post vero Markum Leukius[2]) Tarkinus, qui vocatus est Priskus, annis XXXVIII. Huic successit Servilius[3]) Tullus, tenuitque annis XLIV. Servilium Leukius tyrannus interfecit, et propter legum contemptum, Superbus est vocatus; deducto imperio usque ad annum XXV. Ducentis (itaque) et XLIV. annis ordine succedentibus reges obtinuerunt (imperium), olompiadibus vero LXI.; hinc, omnino utique necesse est, ut primum urbis potitum Romilum conjiciamus (intelligamus) anno primo VII. olympiadis regnum assumpsisse, archonte Atheniensium Kharophe[4]) annum primum decennalis potestatis agente: atque id sane annorum ratio postulat. Quot (autem) unusquisque regum annis potitus sit, eo quoque ipso verbo res declarantur. De tempore ergo, quo urbs, quae nunc rerum potitur, habitari coepta est, prout alii ante me dixerunt, mihi quoque id ita videtur[5])." Haec Dionisius.

Ceterum post Tarkini interitum cessante regum (monarcharum) potestate, haud ultra reges exstiterunt Romanorum; sed primum consules (*ὕπατοι*) Brutiani[6]) (id est Brutus et Collatinus); postea tribuni plebis; ac deinde Dictatores[7]) qui sunt imperatores[8]); et rursum consules: de quorum singulorum annuo principatu supervacaneum censeo nunc proferre, (et) tot nominum copiam cumulare. Quod si acta quoque eorum minute recensere velimus (vellemus), longe extensae conseruntur (consererentur) historiae; neque conveniunt praesenti meo proposito: quapropter congruum (hoc) duco alii chronographiae ac (tunc) omnibus, qui illuc pertinent, vacare: consulibus, inquam, qui post Tarkinum exstiterunt, et tribunis plebis,

1) N. „Ankius", reliqui „Ankus".

2) Cod. Etschm. „Leukinus", G. N. „Leukius", A. Z. „Lucius".

3) Cod. Etschm. „Serulius", sed deinde recte „Servilius".

4) Cod. Etschm. „Kharobe".

5) Sic A. — Z. „eademque ratione quonam tempore Urbs hac aetate dominatrix incolis frequentata fuerit exploratum fit. Ergo quod hactenus narratum est, idem mihi quoque videtur." Idemque in nota ad h. l.: „Ita totus hic locus a graeca, prout nunc est, vel sententia, vel interpunctione recedit. Est tamen textus arm. aliquantum perplexus." Textus arm. ad verbum sic vertendus: „De tempore, quantum quidem (tempus) habitationis nunc dominantibus urbis sit, quemadmodum qui me priores (sc. sunt) dixerunt, mihi quoque id item videtur". Si textum graecum respicimus, levi mutatione legi potest „berrnatzeloh" i. e. „dominanti" sc. urbi pro berrnatzelotz" i. e. „dominantibus" sc. urbis. In cod. Etschm., certe in ejus apographo lectio verborum „quemadmodum — dixerunt" prorsus corrupta sensu caret.

6) Eusebium scripsisse *οἱ περὶ Βροῦτον* suspicatur Gutschmidius.

7) Cod. Etschm. „diktatorkh", reliqui „dikatorkh".

8) Vox arm. significat proprie artificiose loquentem, rhetorem.

dictatoribusque[1]), qui Romanorum urbem[2]) gubernarunt, atque annorum numerum colligunt usque ad Caesarem[3]). Tunc iterum redeamus (redibimus, deveniemus) ad primam nempe monarchicam potestatem ejus postquam haec praedicta erunt. Efficiuntur itaque post Tarkini interitum usque ad Julium Caesarem[3]) intermedia tempora, olompiades CXV. ex quibus anni conficiuntur LX. supra quadringentos.

Tarkinus enim post completam sexagesimam septimam olompiadem interiit (interit, cadit). Caesar[3]) vero initio CLXXXIII. (olompiadis) regio (monarchico) imperio potitur: tempus autem interjectum ad annos CCCCLX. protrahitur. (Equidem) erant a septima olompiade, Romaque condita, anni CCXLIV. (usque ad mortem Tarquinii); adeo ut a condita Roma usque ad Julium Caesarem[3]) sint omnino anni DCCIV. olompiades autem CLXXVI.

His sane suffragatur suo testimonio et Kastor chronographus, ubi breviter de temporibus tractat, hoc pacto ea, quae sequuntur verba, scribens.

Kastoris de Romanorum regno.

„Romanorum reges singillatim exposuimus, initium facientes ab Aenea Ankhisae filio secundum tempus, quo Latinis imperavit; et in Amolium Silvium deduximus, quem Romilus, qui Rheae[4]) matris suae avunculus (*θεῖον*) erat, occidit. Iisdem ergo Romilum quoque adjungemus, caeterosque, qui post eum Romae regnaverunt usque ad Tarkinum cognomento Superbum: tempus autem illud est annorum CCXLIV. Post quos seorsum consules disponemus, incipientes a Leukio Junio Bruto, et a Leukio Tarkino Collatino[5]), et in Markum Valerium Messaliam, et Marcum Pisonem[6]) desinentes; qui tempore Theophemi Atheniensium archontis consules fuerunt. Sunt autem eorum anni CCCCLX.“ Haec Kastor.

Porro iisdem eos quoque adjicere congruum est, qui a Julio Caesare Romanorum Imperatores exstiterunt; atque singulis annis de consulibus quoque singulis mentionem facere, appositis etiam olompiadibus[7]) interea exactis.

(Hic deficiunt Codd. Armeni.)

[1]) Codd. „dekator“.
[2]) Sic cod. Etschm., G. „urbes“, N. om.
[3]) Arm. „Kaisr“.
[4]) Arm. „Areae“.
[5]) Codd. exhibent: „(a) Seleukio et Junio, a Bruto et a Leukio Arkino Kolantino“.
[6]) Codd. „et Markum et in Pisonem“.
[7]) Hoc solo loco cod. Etschm. scribit „olompiad“.

INDEX CAPITVM

LIBRI PRIORIS.